I(n) n(omine) D(omini) a(men). Quoniam sigillata scripta cum confirmatione testium solent et debent fieri, quia per ipsam damna cum expensis possunt sepius evitari, hinc est quod *nos fratres dicti de Asseborch* universis Christi fidelibus, ad quorum audientiam seu visionem presens scriptum pervenerit, recognoscimus publice protestantes, quod omne ius patronatus ecclesie sancti Sixti in Batesleve, in quo ipsa ecclesia ad nos pertinere dinoscebatur, ecclesie beate Marie virginis n Hedesleve propter Deum et specialem favorem, quem ad ipsam ecclesiam diu gessimus et adhuc gerimus, resignavimus perpetuo possidendum sanctimoniales ipsius ecclesie animam *nostri patris Borchardi heu defuncti* omnium bonorum operum, que in ipsa ecclesia die noctuque peraguntur, participem facientes, ita quod nullus nostrum seu nostrorum heredum ipsam ecclesiam in Hedesleve iam predictam de aliquo iure ipsius ecclesie in Batesleve in posterum infestabit et, si aliquis tempore procedente ipsam ecclesiam in Hedesleve iam sepe dictam de facto iam dicto molestaret seu molestare presumeret, ipsi ecclesie, tamquam nobis ipsis incumberet, astaremus. Ut igitur hoc factum tam per nos quam per nostros heredes rite et inviolabiliter observetur, presens scriptum inde confectum ad utilitatem ipsius ecclesie in Hedesleve iam sepius predicte conscribi fecimus et *duo nostra*

Digitized by Google

sigilla presentibus duximus apponenda et ad maiorem cautelam et certitudinem presens scriptum cum sigillo honorabilis viri Frederici, canonici maioris ecclesie in Halberstad dicti de Plocsech, fecimus roborari. Testes huius rei sunt: frater Wernerus de ordine minorum dictus de Lyneborch, dominus Lodewicus rector capelle in Batesleve, magister Hinricus de Blanckenborch, magister Iohannes dictus de Arden, dominus Heydenricus dictus de Bersle, dominus Iohannes dictus de Sconebeke, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Halberstad anno Domini millesimo trecentesimo primo, octava Agnetis, quinto Kalendas Februarii.

553. Herzog Albrecht von Braunſchweig übereignet der Marien-Kapelle in Wolfenbüttel nach vorhergegangenem Tauſche mit Herdegenus Rector derſelben, 3 Hufen in Groß-Denkte. **Wolfenbüttel 1301 Februar 10.**

. . Huius facti testes sunt: *Ekbertus de Asseborch*, Iohannes camerarius noster dictus de Uttesse, Hinricus de Werle, Fredericus de Ampeleve, milites et dominus Bartoldus dictus de Honlage, noster notarius, et alii quam plures fide digni. Datum Wulferbutle anno Domini millesimo trecentesimo primo, in die beate Scholastice virginis.

Gedr.: Rechtmeier, Braunſchw. Lüneburg. Chron. I, 593. — Braunſchweig. Händel I, 167.

554. Die Gebrüder Ritter Ludolf und Gebhard von Bortfeld verkaufen dem Blaſius-ſtifte in Braunſchweig ſieben Hufen in Köchingen für acht Mark. **1301 Februar 18.**

Vom Original im Herzogl. Braunſchw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Blasii).

. . Ad maiorem igitur ac firmiorem cautionem super omnibus et singulis premissis honestos viros dominum Fredericum de Ampeleve, *Ecbertum de Asseborch*, Ludolfum et Iohannem dictos de Weverlinge fratres, milites, fideiussores pro nobis posuimus et fide iubere procuravimus capitulo supradicto. In quorum omnium evidens testimonium sigillum nostrum unicum presentibus duximus apponendum. Nos etiam Fredericus de Ampeleve, *Ecbertus de Asseborch*, Ludolfus et Iohannes fratres de Weverlinge, milites, publice recognoscimus, quod pro domino Ludolfo milite et Ghevchardo fratribus supradictis fideiubendo promisimus capitulo ecclesie sancti Blasii sepedicte ac promittimus per presentes, quod si aliquis defectus in eis, quod absit, in aliquo premissorum evenerit, illum nos, cum requisiti fuerimus, supplebimus integre et perfecte. In cuius etiam rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Horum igitur omnium testes sunt: discreti viri Bertrammus de Tzampeleve, Iordanus de Campe, Henricus de Honehorst, milites; Iohannes Felix, Iohannes de Velstede, Echelingus iunior prope cymiterium, burgenses in Bruneswic, et plures alii fide digni. Datum anno Domini millesimo tricentesimo primo, XII°. Kalendas Marcii.

An Pergamentſtreifen 1) in rothem Wachs dreieckiges Siegel Ludolfs v. Bortfeld, ins Andreaskreuz gelegte Gleven; 2) abgefallen; 3) **Siegel Ekberts** wie Abbildung I. Nr. 6b. und 4) dreieckiges Siegel der Brüder Ludolf und Johann v. Weferling, getheilter Schild, von rechtsſchrägem mit 3 Lilien beſteckten Balken belegt.

555. Albert Herzog von Braunſchweig verkauft den Tempelrittern Gericht und Recht in den Feldern von Supplingenburg. **1301 Februar 19.**

. . Testes vero huius rei sunt: *dominus Ecbert miles* et Ludolphus de Holneghe miles, dominus Burchardus de Alvensleve et dominus Burchardus de Bortvelde et dominus Iohannes de Uitessen et dominus Fridericus de Ampleve et frater Fredericus

Digitized by Google

de Alvensleve et alii quam plures fide digni. Haec acta sunt anno Domin M.CCC.I., die dominica qua cantatur Invocabit VIII. Kalendas Marcii.

Gedr.: Lebebur, Allg. Arch. III, 95. — Ohne Zweifel iſt der erſte Zeuge „de Asseburch". — Fehlt Mülverstedt, Cod. dipl. Alvensleb.

556. Sigfried Biſchof von Hildesheim bekundet, daß Kloſter Heiningen für 66 Mark 1/4 des Zehnten in Dorſtadt, ſo es von **weiland Ritter Burchard von der Aſſeburg** gekauft, dem Kloſter Dorſtadt verkauft habe. **Peine 1301 März 21.**

Vom Original im Dorſtädter Archiv.

Sigfridus Dei gratia Hildesemensis ecclesie episcopus universis fidelibus presentia visuris vel audituris pacem et salutem in Domino sempiternam. Ne ea, que geruntur in tempore, simul labantur cum lapsu temporis, poni solent in lingua testium et in scriptura memorie commendari. Tenore igitur presencium universis ac singulis patefacimus cum evidencia protestantes, quod cum nostra licentia, beneplacito et assensu dominus Fredericus prepositus sanctimonialium in Heninge cum consensu earundem vendidit pro LX et sex marcis quartam partem decime, que de allodio et fructibus claustro Dorstad adiacentibus deduci solet, domino Iohanni preposito eiusdem claustri ad usum sanctimonialium ibidem, quam videlicet quartam predictum cenobium Heninge dudum *a bone memorie domino Borchardo de Asseburg milite* emerat, et nos proprietatem eiusdem nuper predicto claustro Dorstad recognoscimus contulisse. Sepe dictus prepositus autem de Dorstad mediante consilio fautorum et amicorum utriusque antedicti claustri sepe dicto preposito de Heninge huiusmodi repromisit vicissitudinem, ut si infra quinquennium continue futurum sepe dictam quartam decime ipse vel suus successor reaquirere simili empcione voluerit, pro quantitate antedicti precii, scilicet LXVI marcis, eam sibi vendere teneatur. Inicium autem quinquennii est anno Domini M°.CCC°.I°. in paschale, IIII°. Nonas Aprilis celebrato. Ut autem huiusmodi contractus licitus et honestus sine irritacione robur debitum sorciatur, presentem paginam super hoc conscriptam sigilli nostri appensione duximus roborandam. Datum anno Domini M°.CCC°.I°., in die sancti Benedicti abbatis, in Peyna.

An Pergamentſtreifen leicht verletztes Siegel. Gedr: UB. des hiſt. Ver. f. Niederſachſ. I, 46. Nr. 43 nach zweitem derzeit im Heininger Archiv vorhanden geweſenen, ſpäter entfremdeten, auch nicht ins Königl. Staatsarchiv zu Hannover übergegangenen Orig.

557. Graf Gerhard d. Ä. von Hallermund entläßt die Bürger von Braunſchweig des ihm, ſeiner Schweſter und **ſeinen Oheimen, den Brüdern von der Aſſeburg,** wegen Zerſtörung der Burg Weferlingen und ſonſt zugefügten Schadens und geleiſteten Verſprechens, und verpflichtet ſich, mit ihnen eingegangene Sühne treulich zu halten. **1301 Juli 4.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Braunſchweig.

Nos Dei gratia Gerhardus senior comes de Halremunt recognoscimus nostras litteras per patentes, quod burgenses civitatis Bruneswic de promisso nobis facto nostreque dilecte sorori nec non *avunculis nostris fratribus dictis de Asseborch* pariter de representacione castri Weverlige et omnium aliarum rerum, quas ipsis presentavimus castro cum eodem, eciam de destructione eiusdem castri reliquisque dampnis quibuscunque communiter dimittimus liberos et solutos, cessantes de qualibet inpetitione in singulis partibus premissis contra burgenses emergente, eciam compositionem et sonam initam cum predictis ratam observandam et inconvulsam ac

Digitized by Google

nullam inpetitionem umquam burgensibus de predictis faciendam presentibus protestamur munimine nostri sigilli roboratis. Datum anno Domini M°.CCC°. primo, in die beati Odhelrici epischopi.

An Pergamentstreifen unbeschädigtes Siegel.

558. Vom Papſt delegirte Appellationsrichter bekunden Beilegung eines Rechtsſtreits zwiſchen **Bertold (von der Aſſeburg) Propſt an St. Peter und Andreas in Paderborn als Archidiakon von Höxter** einer=, und dem Propſt der Neuen Kirche als Bevollmächtigtem der Stadt Höxter andererſeits. **Hildesheim 1301 Sept. 1 u. 2.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Höxter.

Cantor et scolasticus maioris ac scolasticus sancte crucis ecclesiarum Hildensemensis iudices appellationis presentibus infra scriptis auctoritate apostolica delegati omnibus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem. Noveritis, quod comparentibus coram nobis *honorabili viro B(ertoldo) preposito ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree Paderbornensis et archidiacono Huxariensi* in ecclesia Paderbornensi pro se ex una et discreto viro Gotfrido preposito Nove ecclesie Huxariensis pro consulibus et universitate opidi Huxariensis cum pleno mandato ex parte altera, ad exhortationem nostram in venerabiles viros Ottonem de Woldenberghe cellerarium et dominum Iohannem de Roden, canonicos Hildensemenses, pro *Bertoldo preposito* magistrum Hildebrandum canonicum beati Mauritii in monte Hildensemensi ac Albertum de Dammone fratrem ipsius magistri Hildebrandi pro preposito Nove ecclesie exstitit compromissum sive in amicabiles compositores convenerunt, quod huiusmodi in se ab ipsis partibus recepto compromisso pronunciaverunt in hunc modum, quod consules et universitas Huxarienses promittent *Bertoldum prepositum archidiaconum suum* gaudere et uti omni iure suo, ipse quoque *prepositus et archidiaconus* predictus promittet consules et universitatem predictos gaudere et uti omni iure suo et se ad invicem *prepositus*, consules et universitas vicissim fideliter promovebunt, que observabuntur a partibus hinc et inde dolo et fraude extraclusis et sic inter eos omnis dissensio, discordia et lis sit sopita. Quam pronunciationem ratificantes et approbantes autoritate premissa et partes predictas a nostro iudicio in hiis scriptis absolventes, sigilla nostra in testimonium duximus apponenda. Et nos Otto de Woldenberghe cellerarius, Io(hannes) de Roden, Hildebrandus et Albertus, amicabiles compositores, predicta recognoscimus et sigillorum nostrorum appensione eadem attestamur. Actum et datum Hildensem in crastino beati Egidii ab ipsius Egidii die prorogato. Anno Domini M°.CCC°. primo.

Von den sieben Pergamentstreifen alle Siegel abgefallen.

559. **Bertold (von der Aſſeburg) Propſt**, Werner Decan und Capitel **der Kirche St. Peter und Andreas in Paderborn** bekunden, daß ihre Güter in Welda, die Albero von Welda zu Lehn hatte, an Kloſter Wormeln übergeben ſind. **1301** (Lucie virginis) **December 13.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münſter, Busdorf Nr. 53. An weißleinenen Strängen in weißem Wachs: 1) Siegel des Capitels; 2) **Siegel Propſts Bertold** wie Abbildung 11ª.

560. Decan und Capitel von St. Peter und Andreas in Paderborn übergeben dem Ekbert Top den Berigmeiershof auf der Giersſtraße. **1301 December 24.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münſter, Busdorf Nr. 55.

. . presentes litteras dedimus sigillo nostre ecclesie et *honorabilis viri Bertoldi Dei gratia prepositi nostri sigillo* roboratas. *Et nos Bertoldus prepositus* pre-

Digitized by Google

dictus recognoscimus, quod *sigillum nostrum* ad petitionem predictorum huic scripto apposuimus in testimonium predictorum. Datum in vigilia nativitatis Domini.

An Pergamentstreifen 1) **Siegel Propſts Bertold** wie Abbildung 11[a]; 2) abgefallen.

561. Bertold (von der Aſſeburg) Propſt der Kirche der h. Peter und Andreas zu Paderborn beſtätigt den von Decan und Capitel genannter Kirche gemachten Ankauf des Berigmeiershofs auf der Giersſtraße und empfängt die Reſignation der Verkäufer desſelben. **1301 December 24.**

Nach Lib. Var. IV. S. 7 auf Theodorian. Bibl. zu Paderborn.

Universis hoc scriptum visuris *nos Bertoldus Dei gratia prepositus ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree in Paderborn* notum facimus et presentibus literis publice protestamur, quod cum discreti viri decanus et capitulum ecclesie predicte curiam dictam Berigmeygere in platea vulturis iuxta emunitatem iam dicte ecclesie sitam, quam Andreas dictus Gyr quondam a nobis tenuerat cum omni utilitate et integritate tam extra quam intra civitatem Paderbornensem, sicut iacet, et aliis suis pertinentiis et iuribus a filiis dicti Andree, videlicet Gyselero et Ioanne, de consensu uxorum, liberorum et heredum suorum de voluntate nostra libero et consensu ad usus suos perpetuo retinendam emptionis titulo comparassent, quam curiam emerunt nobis presentibus pro centum et sexdecim marcis denariorum pretio numeratis et solutis. Nos resignationem dicte curie recepimus, prout solet fieri a venditoribus predictis, Gyselero scilicet, uxore sua Alheide et eorum pueris, videlicet Ioanne, Methilde et Alheide, item a Ioanne predicto, uxore sua Agnete et ipsorum pueris, scilicet Andrea et Hermanno, ad petitionem decani et capituli memorati. In cuius rei testimonium *sigillum nostrum* apponi fecimus hiis scriptis. Acta sunt hec presentibus discretis viris: Godfrido dicto Post, Andrea de Nedere, Wernhero de Enmerke, Ecberto dicto Top, Conrado de Anvorde et Ioanne de Stadelhove, civibus Paderbornensibus, et Conrado de Hobrachtessen clerico. Datum in vigilia nativitatis Domini, anno Domini MCCC primo.

562. Die von Aderſtedt verlaſſen Güter in Odingherode, vorbehaltlich der Wiederlöſe für zwanzig Mark, an **Burchard genannt den Langen und deſſen Bruder Burchard genannt den Lochten (von der Aſſeburg). 1302 Januar 9.**

Vom Original im Gräfl. von der Aſſeburgiſchen Archiv auf dem Falkenſtein.

Nos Iohannes miles dictus de Aderstede ac filius noster Adrianus omnibus hanc literam intuentibus sive audientibus cupimus fore notum, quod nos *Burchardo dicto Longo*, nec non *fratri eius dicto Logten* dimisimus bona in Odingherode cum omni utilitate et fructu excepto una piscina et silva sita loco in eodem tali conditione ordinata, quod predicta bona a festo carnis privii nunc instante usque ad annum futurum eodem tempore, videlicet carnis privii, poterimus debita conditione pro viginti marcis examinati argenti, quod Bruneswicensi pondere sit libratum, ab eisdem liberare et nichilominus promissionem legitime warandie ipsis debemus prestare. Item quas expensas prenotatis bonis inpenderent, illas tenemur ipsis refundere cum proposuerimus redimere, secundum quod videtur castellanis in Horneborgh debito modo expedire; durabit itaque ordinatio, quod de quolibet anno in annum non poterimus ab ipsis redimere nisi termino videlicet carnis privii assignato. Ut ordinatio stabilis in suo robore permaneat et ab omnibus evidencius observetur, hanc literam conscribi iussimus et sigillorum apensionibus, videlicet domini Heynrici dicti Spiringh militis et domini Odelrici militis de Eilstede, necnon sigillo domini Bertoldi

Digitized by Google

de Dorstat sororii nostri, utimur ista vice. Huius rei testes: Albertus dictus de Werre, Callo, Hillebrant de Emersleve, dominus Friso miles, Heinricus Rex et eciam quam plures fide digni. Acta sunt hec feria secunda post festum Epiphanie, anno Domini M°.C°.C°.C°. secundo.

Der untere Rand abgeschnitten, daher von Siegel und Befestigung kein Rest.

563. Margaretha Aebtissin und Capitel von Gandersheim übereignen 3 Hufen in Mirika gegen 4 in Nienstede dem Stift Walkenried. **1302 Januar 11.**

Testes: C. de Gandershem miles, Wedekindus de Garsnebutle, *Gunzelinus de Peine* . . . III. Idus Ianuarii.

Gedr.: UB. d. hist. Ver. f. Niedersachs. Walkenried II, 5. Nr. 609.

564. Gunzelin von Peine stirbt. O. J. (1302?) Juni 24.

VIII. Kal. Iulii Conceptio S. Ioannis Baptistae. *Obiit Günsilinius de Peyne et Gertrudis uxor eius*, dederunt tres marcas pro memoria et datur de granario de bonis in Oldengandersem.

Aus nach 1559 zusammengetragenem Memorienbuche des Stifts Gandersheim im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Scheint sich auf des Truchseß Sohn zu beziehen, wie auch I, 195 sowie Vorw. S. XI. angenommen; möglicher Weise aber auch auf den Enkel, für den wohl der 1302 als Zeuge vorkommende Gunzelin zu halten ist.

565. Albert Herzog von Braunschweig verzichtet zu Gunsten des Klosters Woltingerode auf die Lehnsherrlichkeit über einen demselben von Friedrich von Lochtendorpe, Bürger zu Braunschweig, verkauften Hof zu Börssum. **1302 August 28.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Hannover, Kl. Woltingerode Nr. 43.

. . Testes huius rei sunt: *Ecbertus de Asseborg*, Fredericus de Ampleve, Iohannes de Uttesse, milites nostri, Henricus plebanus in Lafforde cappellanus noster et quam plures alii fide digni. In cuius rei testimonium presens scriptum inde confectum nostri sigilli robore duximus sigillandum, ut rite facta nostra donacio robur firmitatis perpetue sorciatur. Actum et datum anno Domini M°.CCC°.II°., quinto Kalendas Septembris.

An Pergamentstreifen Reste weißen Wachses vom großen runden Siegel des Herzogs.

566. Burchard der Lange, Burchard der Lochte und Burchard der Scholar, Gebrüder genannt von der Asseburg übergeben **ihrer Mutter Cunigunde** eine derselben schon von **ihrem verstorbenen Vater Burchard von der Asseburg** übertragene Hufe in Hedeber lebenslänglich. **1302 September 11.**

Nach Copiar Nr. CCI. fol. 33v. im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg.

Nos Borchardus cognomento Longus, Borchardus cognomento Sinister, layci, et Borchardus scolaris, fratres dicti de Asseborch, tenore presentium profitemur, quod mansum quendam in campis Hethdebere sitam, quem *dilecta mater nostra domina Conegundis a patre nostro felicis recordationis domino Borchardo dicto de Asseborch* et a nobis tenuit ac tenet ad vite sue tempora possidendum, eidem *matri nostre* conferimus cum omni iure et cum omnibus ad ipsum mansum tam in villa quam in campis et pratis pertinentibus proprietatis titulo possidendum. Insuper si antedicta *mater nostra* predictum mansum cum omnibus ad ipsum pertinentibus cuicunque seu quibuscunque personis vendiderit vel donaverit, hoc gratum

Digitized by Google

et ratum nos habere in hiis scriptis protestamur. In cuius rei maiorem evidentiam presentes litteras *unico sigillo, quo nos ambo Borchardus et Borchardus layci uti consuevimus*, decrevimus roborare. *Ego vero Borchardus scolaris, quia usum proprii non habeo sigilli*, predictorum *fratrum meorum sigillo* in presentibus litteris sum contentus. Datum anno Domini M°.CCC°.II°., III. Ydus Septembris.

567. Burchard und Ekbert Gebrüder von Wolfenbüttel verkaufen dem Michaeliskloster in Hildesheim die Vogtei über 1 Hufe in Hallendorf. **Braunschweig 1302 November 21.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Hannover Des. 76, Nr. 1116.

Nos Borchardus et Ecbertus fratres de Wulflebutle tenore presentium puplice recognoscimus ac testamur, quod unanimi consensu vendidimus domino abbati et conventui monasterii sancti Michahelis in Hildensem advocatiam unius mansi in campis ville Hedelendhorp, quem Conradus et Henricus fratres dicti de Area et Conradus dictus de Lafforde iure litonico a prefato monasterio tenere noscuntur. Transtulimus itaque omne ius nostrum, quod nobis in predicto manso competebat et competere in futuro posse videretur, in conventum monasterii supradicti volentes, ut idem conventus deinceps et perpetuo predictum mansum sine omni impetitione et impedimento ex parte nostri et nostrorum possideat omnino libere et quiete. In huius rei evidens testimonium presentem litteram *sigillo nostro unico* duximus patenter roborandam. Testes sunt: Eylardus Boneke, Iohannes de Adhenstede, Hillebrandus de Warmsdhorpe, Henricus de Hedelendhorpe, Hermannus de Lenede, burgenses in Bruneswic, et plures alii fide digni. Datum Bruneswic anno Domini M°.CCC°. secundo, in vigilia beate Cecilie virginis.

An Pergamentstreifen gut erhaltenes **Siegel der drei Brüder**, wie Abbildung I. Nr. 8.

568. Herzog Albrecht von Braunschweig genehmigt den Verkauf der Waldungen Astbroch, Rodenrodhe und Grudeling für 26 Mark Stendalschen Silbers an Kloster Marienthal, Seitens seines Bruders Herzog Heinrichs. **Braunschweig 1303 Februar 27.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. Marienthal).

Zeugen: *Ecbertus de Asseborch*, Ludolphus de Weverlige, Iohannes de Honleghe, Ludolphus de Honleghe, Iohannes de Uttesse, milites et ministeriales nostri; Iohannes de Weverlinge servus, ministerialis noster. Datum et actum in Bruneswich anno Domini M°.CCC°.III°., III°. Kalendas Martii.

An grünseidenen Fäden Bruchstück des Siegels.

569. Herzog Albrecht und Herzogin Rixa von Braunschweig bekunden, daß die Göttinger Bürger sich verpflichtet haben, für sie jährlich auf St. Martins Tag 60 Mark an Graf Otto von Waldeck auszuzahlen, und währenddem bedefrei seien. **1303 März 4.**

Original im Stadtarchiv zu Göttingen.

. . We lantgreve Heinrich von Godes gnaden herre tzo Hessen unde we Iohan sin sun bekennen dhes also ghedane rede also hirvore bescreven is, dhat dhe uns witlik si, unde betughet daz mit unsen inghesegelen. Hirover sint gewest tzo tzughe: her Godescalc de edele von Plesse, *her Ecbrecht von dher Asseborch*, her Iohan von Utesse, her Iohan (von Grone), her Bruning von Woldershusen unde andere riddere unde vrome ludhe. Dhit is gheschen an deme iare do (men czalte von) Godes borth dusent druhundert unde dri iar, an deme nesten manthage na Reminiscere.

Mit den Siegeln ein Stück Pergament ausgerissen. Gedr.: UB. des hist. Ver. f. Niedersachs. (der Stadt Göttingen) VI, 40. Nr. 53. (v. Orig.).

Digitized by Google

570. Gottschalk Edler von Plesse resignirt dem Erzbischof von Magdeburg den Zehnten der Stadt Göttingen zu Gunsten des Stifts Walkenried. **1303 März 6.**

Von doppelten Originalen im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

Zeugen: Iohannes de Utessen, Iohannes de Grona, *Ekbertus de Asseborch*, Bruningus de Wlderdeshusen, Heynricus Horlemannus, Iohannes de Rorengen, milites . . . pridie Nonas Marcii.

An beiden an Pergamentstreifen unbeschädigtes Siegel. Gedr.: Arch. d. hist. Ver. f. Niedersachs. 1843 S. 422. — Reg. Walkenried. UB. II, 17. Nr. 628.

571. Herzog Albrecht von Braunschweig bekundet, daß Kloster Walkenried für 500 Mark, zum Ankaufe der Burg Nienover (Nigenovere) verwandt, den Zehnten in Göttingen zurückgekauft und neben dem Jakobskirchhof daselbst belegene Curie käuflich erworben habe. **Göttingen 1303 März 7.**

Von doppelten Originalen im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

. . . Actum in opido nostro Gotingen presentibus nobili viro domino Godescalco de Plesse, Iohanne de Utessen, Iohanne de Grona, *Echberto de Asseborch*, Bruningo de Woldershusen, Heynrico Horlemanno, Iohanne de Rorungen, militibus . . . in die nonas Marcii.

An jedem Exemplar an grünen bezw. roth-gelbseidenen Fäden unbeschädigtes Siegel. Gedr.: Arch. d. hist. Ver. f. Niedersachs. 1843 S. 420. — Reg. Walkenried. UB. II, 15. Nr. 626.

571a. Dieselbe Urkunde, mit denselben Zeugen, doch fehlt hinter Rorungen: militibus. **1303 März 6.**

. . . Datum anno Domini M°.CCC°. tercio, pridie nonas Marcii.

An gelb- u. rothseidenen Fäden zerbrochenes Siegel. Reg. Walkenried. UB. II, 15, 16. Nr. 625, 627.

572. Herzog Albert von Braunschweig verspricht den Bürgern von Nordheim Burg Rumenowe niederzureißen und in ihrer Nähe keine andere zu bauen. **Göttingen 1303 März 7.**

. . . Huius rei testes sunt: dominus Godescalcus nobilis vir de Plesse, dominus Iohannes de Grone, Bruningus de Woldershusen, *Ecbertus de Asseborch*, Iohannes de Uttesen, milites, Theodericus de Barckevelde advocatus noster, Hugo rector forensis ecclesie in Northym et quam plures alii fide digni. Datum Gotinge per manum Bertoldi dicti de Honloge notarii nostri . . . in die Perpetue et Felicitatis.

Gedr.: Ludewig, Reliq. Manuscr. XII, 329. — Pfeffinger Hist. d. Braunschw.-Lüneb. Hauses I, 426.

573. Ritter Johannes von Ulzen (Uttesse) verkauft dem Convente der Benedictinerinnen in Wöltingerode 4½ Hufen nebst Hofstellen in Börssum (Borsnem) für 100 Mark. **1303 März 19.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Blasii).

Zeugen: *Ecbertus de Asseborgh*, Bertrammus de Veltem, Henricus de Honhorst, Baldewinus de Wenden, milites; Ludolfus et Georgius fratres eiusdem Baldewini, *Borghardus Longus de Asseborgh*, Hake de Barum, militares; Fredhericus de Lochtendhorpe, Iohannes Felix, Hinricus prope cimiterium, Henricus et Conradus fratres de domo, Conradus et Henricus fratres filii quondam Iohannis Elye, burgenses in Bruneswich. Datum anno Domini M°.CCC°. tercio, quarto decimo Kalendas Aprilis.

An roth- und gelb-wollenen Faden unversehrtes Siegel.

Digitized by Google

574. Herzog Albrecht von Braunschweig bestätigt dem Kloster Wöltingerode, Hildesheimer Diöcese, den Ankauf von 4½ Hufen und Höfen in den Feldern von Börssum, Halberstädter Diöcese, vom Ritter Johannes von Utzen. **1303 März 21.**

Vom Original im Herzogl. Braunschweig. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Blasii).

. . Horum etiam omnium premissorum testes sunt: honesti viri *Ecbertus de Asseborch*, Bertrammus de Veltem, Hinricus de Honhorst, Baldewinus de Wenden, milites; Ludolfus et Georgius fratres eiusdem Baldewini, *Borchardus Longus de Asseborgh*, Hake de Barum, militares; Fredhericus, Iohannes Felix, Hinricus prope cimiterium, Hinricus et Conradus fratres de domo, Conradus et Henricus Elie fratres, burgenses in Bruneswic, et plures alii fide digni. Datum anno Domini M°.CCC°. tercio, XII. Kalendas Aprilis.

An gelb- und rothseidenen Schnüren unbeschädigtes Siegel des Herzogs. Gedr. nicht ganz getreu: Scheidt, Vom Adel, Mantiss. Document. S. 383. Nr. 79.

575. Herzog Albert von Braunschweig verkauft für 100 Mark ihm erblich zustehende Vogtei über 18½ Hufen in Groß-Lafferde, Hildesheimer Diöcese, an's Michaeliskloster in Hildesheim. **1303 März 25.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Hannover.

. . Huius autem rei testes sunt: honesti viri Iohannes de Uttesse, *Ecbertus de Asseborch*, Gerhardus de Gustede, Iohannes et Ludolfus fratres de Honlege, milites, Bertoldus de Honlege, notarius noster, canonicus sancti Blasii in Bruneswich et quam plures alii fide digni . . Datum et actum anno Domini millesimo trecentesimo tertio, octavo Kalendas Aprilis.

An rothseidenen Fäden großes rundes Siegel des Herzogs.

576. Burchard, Ekbert und Hermann Brüder genannt von Wolfenbüttel resigniren an Bischof Sigfried von Hildesheim die Vogtei über 5 Hufen zu Denstorf und 1 zu Hallendorf behufs Uebertragung an das Michaeliskloster zu Hildesheim. **1303 April 23.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Hannover, Des. 76. Nr. 1117.

Reverendo in Christo patri ac domino suo Sifrido Hildensemensis ecclesie episcopo *Bor(chardus), Ecbertus et Hermannus fratres dicti de Wolflebutle* quantum poterint debiti servicii et honoris. Advocatiam quinque mansorum sitorum in campis ville Denstorpe apud Bruneswich et unius mansi siti in campis ville Hedhelendhorpe, quam a vobis tenemus in pheodo, bona deliberatione prehabita per presentes vobis libere resignamus, ut eam sine omni impedimento et contradictione qualibet ex parte nostri et cuiuslibet nostrorum dare et transferre possitis in conventum ecclesie sancti Michahelis vestre civitatis predicte perpetuo permansura. In cuius rei testimonium presentem litteram *sigillo nostro unico* patenter duximus roborandam. Datum anno Domino M°.CCC°. tertio, in die beati Georgii martiris.

An Pergamentstreifen gut erhaltenes **Siegel der drei Brüder** in gelbem Wachs wie Abbildung I, Nr. 8.

577. Burchard, Ekbert und Hermann Brüder genannt von Wolfenbüttel verkaufen dem Michaeliskloster in Hildesheim die Vogtei über 5 Hufen in Denstorf. **1303 April 23.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Hannover, Des. 76. Nr. 635.

Nos Borchardus, Ecbertus, Hermannus fratres dicti de Wolflebutle tenore presentium publice recognoscimus protestantes, quod unanimi et concordi consensu

Digitized by Google

vendidimus domino abbati et conventui monasterii sancti Michahelis Hildensemensis proprietatem advocatie super quinque mansis pertinentibus domino abbati et conventui predictis, sitis in campo ville Denstorpe et omne ius nostrum, quod nobis in eadem proprietate competebat et in futuro competere posset, transtulimus presentibus in conventum monasterii predicti, dantes et transferentes dicto conventui predictam proprietatem cum omni suo iure, sicut eam *a progenitoribus nostris* habuimus, volentes, ut idem conventus eam perpetuo possideat sine omni impedimento et impetitione ex parte nostri et nostrorum libere et quiete. In cuius rei testimonium presentem litteram *sigillo nostro unico* patenter duximus roborandam. Testes etiam sunt: Gherhardus de Gustede miles, Conradus et Alexander fratres dicti de Wendessem famuli, Olricus de Adenstede et Gherhardus Rese, burgenses in Brunswich, et plures alii fide digni. Datum anno Domini M°.CCC°. tertio, in die beati Gheorgii martiris.

Am Pergamentstreifen in gelbem Wachs gut erhalten **Helm der drei Brüder** wie Abbildung I. Nr. 8.

578. Otto (Graf von Rietberg) Bischof von Paderborn bestätigt dem Kloster Amelunrborn auf Bitten Detbard's edlen Herrn von Rostorp und seiner Brüder Conrad und Ludwig die Schenkung einer Curie mit 3 Hufen, von der Paderborner Kirche zu Lehn gehend, im Dorf Holthusen bei Moringen und erhält dafür von vorgenannten Brüdern eine Curie in Moringen bei der Ulrichs-Kapelle und 3 Hufen daselbst. **Paderborn 1303 Mai 4.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Fürstenth. Paderborn Nr. 370.

Zeugen: Symon de Retberg, prepositus, Hermannus decanus, Amelungus de Driburg, *Bertoldus prepositus orientalis*, Ludolphus Marscalci, Fredericus de Hervordia, Arnoldus de Honstat, Iordanus Slavus, Georgius thesaurarius, Heydenricus cantor, Wernerus de Volmenstene cellerarius, Theodoricus de Yttere, Conradus Bůlemast, Bertoldus de Susato, Wernerus de Brenken, Reynerus Cancer, Wernerus de Patberg, Conradus de Dyfholte camerarius, Wilhelmus de Buren, Conradus de Papenhem, ecclesie nostre canonici. Datum Paderborne IIII° Nonas Mayi, anno Domini M°.CCC°. tercio.

An Pergamentstreifen kleines spitzovales Siegel — des Abts von Amelunrborn — in weißem Wachs, obschon die Urk. Besiegelung durch Bischof und Capitel ausdrücklich erwähnt, die aber nie stattgehabt hat. Gedr.: Falke, Cod. trad. Corbei. S. 877. Nr. 285.

579. Hermann und Heinrich, Gebrüder, Grafen von Woldenberg bekunden, daß sie auf den vierten Theil des Zehnten in Dorstadt, den sie vom Bischof Sigfried von Hildesheim zu Lehn trägen, diesem zu Gunsten des Klosters daselbst resignirt haben. **1303 Juni 30.**

Vom Original im Dorstädter Archiv.

. . Testes sunt: honorabiles viri domini Henricus decanus, Iohannes de Roden, Arnoldus de Visbeke, canonici ecclesie Hildensemensis; Iohannes de Uttesse, *Ecbertus de Asseborch*, Heyno de Werle, Henricus de Urdhe et Fredericus de Ampeleve, milites, et plures alii fide digni. Datum anno Domini millesimo trecentesimo tertio, in crastino beatorum apostolorum Petri et Pauli.

An Pergamentstreifen beide Siegel unverletzt.

580. **Bertold (von der Asseburg) Propst von St. Andreas in Paderborn** beglaubigt im Auftrage Bischofs Otto, daß die Erben der Ritter Bernhard von Brakel und **Burchard von der Asseburg**, sowie der Brüder Bertold und Werner von Brakel

Digitized by Google

und Gerhards von Mödern in den Verkauf des Zehntens in Ilstendorf an Kloster Marienfeld einwilligen. **Brakel 1303 November 4.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Kloster Marienfeld Nr. 379.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris et audituris *nos Bertoldus prepositus orientalis ecclesie sancti Andree in civitate Paderbornensi* tenore presentium notum facimus, quod iuxta mandatum venerabilis patris domini nostri Ottonis Dei gratia Paderbornensis episcopi recepimus ab . . uxoribus . . liberis et . . heredibus Bernhardi de Brakele, *Burghardi de Assenborg,* militum, Bertoldi et Werneri de Brakele fratrum, Gerhardi de Modikissen vice et auctoritate domini nostri Ottonis Paderbornensis episcopi supradicti liberam et spontaneam resignationem totius iuris, quod ipsis uxoribus, liberis et heredibus competiit vel competere in futurum poterit quacunque occasione in decima Ilstendorpe, quam supradicti scilicet Bernhardus de Brakele, *Burghardus de Assenborg,* milites, Bertoldus et Wernerus de Brakele fratres rite et rationabiliter vendiderunt viris religiosis . . abbati et conventui de campo sancte Marie pro certa pecunie quantitate, prout in instrumento super hoc confecto plenius continetur. Que resignatio cum sollempnitate debita et consueta facta est coram nobis in civitate Brakele astantibus hiis: Herboldo quondam preposito in Monte Martis, Bertoldo plebano in Brakele, Henrico de Boffessen milite, Ludolpho de Immedeshusen, Frederico de Immessen, Godefrido de Modikessen, Ernesto de Modikessen, famulis; Rolando iudice, Iohanne de Nighusen, Iohanne Ruffo, magistris consulum; Hermanno de Coven, Iohanne de Horbrugge, Conrado Elberti, Henrico de Valhusen, consulibus et aliis quam pluribus fide dignis. In cuius resignationis testimonium presentem litteram *nostro,* Bernhardi de Brakele, *Burghardi de Assenborg,* militum, Bertoldi de Brakele famuli *sigillis* dedimus communitam. Datum anno Domini M°.CCC°. tertio, in die beatorum martirum Agricole et Vitalis.

An ungefärbten leinenen Schnüren wohlerhalten in gelb-braunem Wachs 1) rundes **Siegel Propsts Bertold** wie Abbildung 11[a]; 2) rundes Bernhards von Brakel; 3) rundes **Burchards** wie Abbildung I, Nr. 7; 4) dreieckiges Bertolds von Brakel. Vergl. Preuß und Falkmann, Lipp. Reg. II, 70. Nr. 607. Anmerk.

581. Richter, Bürgermeister und Rath der Stadt Brakel beglaubigen den durch die von Brakel und **von der Asseburg** geschehenen Verkauf des Zehntens in Ilstendorf an Kloster Marienfeld. **Brakel 1303 November 4.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Kloster Marienfeld Nr. 382.

Nos Rolandus iudex, Iohannes de Nyghusen et Iohannes Ruffus magistri consulum . . scabini . . totaque universitas opidi Brakele omnibus presentis scripti inspectoribus notum facimus, quod constituti coram nobis in figura iudicii filie Bernhardi de Brakele militis, scilicet Lysa, Sophia, Regelandis, Oda, nec non *Agnes uxor Burghardi de Assenborg, militis, ac eius filie, videlicet Alheydis, Ermegardis, Sophia* et Hillegundis uxor Bertoldi de Brakele ac Hillegundis uxor Gerhardi de Modikissen et eius pueri, scilicet Conradus, Thidericus, Rikencen, Methildis resignaverunt voce et manu ad utilitatem religiosorum virorum . . abbatis et . . conventus de Campo sancte Marie ordinis Cysterciensis, Monasteriensis diocesis, omne ius, quod sibi competiit in decima Ilstendorpe vel competere possit in futurum quacumque occasione. Que resignatio cum consueta ac debita sollempnitate facta est coram nobis in opido nostro Brakele, in die beatorum martirum Agricole et Vitalis presentibus hiis: Herboldo quondam preposito in Monte Martis, Bertoldo plebano

Digitized by Google

in Brakele, Henrico de Boffessen milite, Ludolpho de Immedeshusen, Frederico de Immessen, Godefrido et Ernesto fratribus de Modikissen, Alberto de Immessen, famulis; Iohanne de Nyghusen, Segehardo fratre Iohannis Ruffi, Hermanno de Coven, Bertoldo et Helnico fratribus de Erenwordissen, Iohanne de Horbrugge, Conrado Elberti, Bernhardo de Coven, Henrico de Valhusen, Luberto de Stenem, Everhardo de Menkersen, consulibus, et aliis quam pluribus fide dignis. In cuius resignationis testimonium nostri opidi Brakele, Bernhardi de Brakele, *Burghardi de Assenborg*, militum, Bertoldi de Brakele famuli, presentes litteras sigillis dedimus communitas. Datum ut supra anno Domini M°.CCC°. tercio.

Von ungefärbten leinenen Schnüren 1) Siegel abgefallen; an 2ter Stelle an ebensolchen gut erhaltenes Siegel Bernhards von Brakel; 3) **das Burchards** wie Abbildung I, Nr. 7; 4) das Bertolds von Brakel. Vergl. Preuß und Falkmann, Lipp. Reg. II, 70. Nr. 607.

582. Otto (Graf von Rietberg) Bischof von Paderborn beurkundet, daß Ritter Bernhard von Brakel mit Kindern und Erben, sowie **Ritter Burchard von der Asseburg mit seiner Gemahlin Agnes und seinen Kindern Bertold, Burchard, Ekbert, Johann, Werner, Alheid, Ermgard und Sophie,** sowie Bertold und Werner von Brakel, Knappen, ihren Zehnten zu Ilstendorf dem Kloster Marienfeld verkauft und Knappe Gerhard von Mödern auf frühere Ansprüche daran verzichtet habe. **Paderborn 1303 November 26.**

Vom Original in doppelter Ausfertigung im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Kloster Marienfeld Nr. 366.

Otto Dei gratia Paderbornensis episcopus universis presentes litteras visuris et audituris salutem et rei geste cognoscere veritatem. Noveritis, quod constituti coram nobis Bernhardus de Brakele miles cum liberis suis, scilicet Hermanno, Ottone, Wernero, Lysa, Sophia, Regelande, Oda et ceteris heredibus, *Burghardus de Assenborg miles similiter cum uxore sua Agnete, liberis suis, videlicet Bertoldo, Burghardo, Ecberto, Iohanne, Wernero, Alheyde, Ermegarde, Sophia, cum adhuc alios liberos non haberent*, et ceteris heredibus, Bertoldus et Hillegundis uxor eius ac Wernerus frater ipsius dicti de Brakele, qui tunc temporis liberos non habebant, vendiderunt rite et rationabiliter viris religiosis . . abbati et . . conventui de Campo sancte Marie ordinis Cysterciensis, Monasteriensis diocesis, de bene placito et consensu . . liberorum suorum et . . heredum suorum supradictorum decimam suam Ilstendorpe sitam prope opidum Lemego cum omnibus suis iuribus et attinentiis, prout in fronde et cespite iacet, quam a nobis in feodo tenuerunt, pro octoginta marcis argenti examinati ipsis integre numeratis, traditis et solutis, resignantes coram nobis ad manus et utilitatem ipsorum . . abbatis et . . conventus ipsi et eorum liberi et heredes simpliciter et absolute omne ius, quod ipsis competiit vel in futurum competere posset quacunque occasione in decima memorata. Sed quia ius proprietatis dictorum bonorum ad nos spectabat, Dei ac religionis intuitu donavimus ipsis . . abbati et . . conventui proprietatem prefate decime, . . decani et . . capituli nostri consensu accedente, in ipsos sepedictos religiosos omne ius nostrum, quod hactenus in ea habuimus, perpetualiter transferendo. Preterea notum facimus, quod cum Gerhardus dictus de Modikissen famulus causaretur, se aliquid iuris habere in decima Ilstendorpe supradicta, ad petitionem supramemoratorum *Burchardi*, Bernhardi, Bertoldi, Werneri omne ius suum, quod se habere credebat, in manus nostras, uxore sua Hillegunde, pueris suis, scilicet Conrado, Thiderico, Rikencen, Methilde, cum adhuc alios pueros non haberet parvos, ac aliis suis heredibus consensientibus, totaliter resignavit. In cuius rei testimonium nostro et ecclesie nostre, Bernhardi de Brakele, *Burghardi de Assenborg* militum, ac Bertoldi de Brakele famuli sigillis

Digitized by Google

presentes litteras fecimus communiri, et nos Wernerus de Brakele, uxores, . . liberi ac . . heredes supradictorum, quia propria sigilla non habemus, sigillis presentibus appensis contenti sumus. Acta sunt hec solempniter in civitate Paderbornensi presentibus hiis: Hermanno decano, *Bertoldo preposito sancti Andree in oriente*, Georgio thesaurario, Heydenrico cantore, Ludolpho Marchalci, Wilhelmo de Buren canonicis; Reynhardo Crevet, Godescalco de Brobeke militibus; Frederico Boleken [1]), Ravenone de Driborg, Godescalco de Angele, Bodone Lusco, Andrea de Andorpe, Iohanne Crevet famulis; Iohanne de Barghusen, Godefrido Pust, Conrado de Anvorde, Hillebrando comite, consulibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno Domini M°.CCC°. tertio, in crastino beate Katerine virginis.

An ungefärbten leinenen Schnüren wohlerhalten in gelbbraunem Wachs 1) ovales Siegel des Bischofs und Sekret mit dem Rietberger Adler wie Abbildung Westfäl. Siegel II, 1. Taf. 49. 6. 2 großes rundes des Domkapitels; 3) rundes Bernhards von Brakel, Schild und Helm; 4) rundes **Burchards** wie Abbildung I. Nr. 7. 5) dreieckiges Bertolds von Brakel. Vergl. Preuß und Falkmann, Lipp. Reg. II, 70. Nr. 607, woselbst im Contert richtiges Datum, in der Überschrift irriges. — Sollte nicht die Schatten Ann. Paderb. ad. ann. 1303 pridie Cath. virg. angeführte Urk. eben die vorliegende sein? [1]) So emendirt statt Bokeken des Orig.

583. **Burchard der Lange und Burchard der Lochte Gebrüder von der Asseburg** verkaufen unter Consens **Ritters Burchard des Älteren**, sowie **Burchards genannt Leme und Burchards Domherrn zu Halberstadt, ihrer Brüder, und ihrer Schwester, der verwittweten von Warberg**, eine Hufe zu Waterler an dortiges Kloster. **1304 Februar 1.**

Original im Gräfl. Stolberg-Wernigerode'schen Archiv zu Wernigerode.

Nos Borchardus dictus Longus, Borchardus dictus Sinister de Asseborch fratres recognoscimus coram universis Christi fidelibus publice protestantes, quod de consensu *Borchardi senioris militis nec non Borchardi dicti Leme de Asseborch et Borchardi canonici in Halberstat, fratrum nostrorum, ac sororis nostre, relicte domini Conradi de Werborch, filiorum et filiarum nostrarum* heredumque omnium nostrorum nec non omnium eorum, quorum consensus ad hoc de iure vel de conswetudine fuerat requirendus, vendidimus abbatisse et conventui in Waterleren unum mansum situm in campis ville eiusdem, pecunia nobis integraliter persoluta, quem mansum conventui et ecclesie predictis dimisimus et presentibus dimittimus cum proprietate et cum omnibus utilitatibus presentibus et futuris et cum omnibus ad eundem mansum pertinentibus, tam in villa quam in campis, renuntiantes omni iuri, quod nobis in hoc manso competere possit vel in posterum competisset, nichil nobis in eodem manso et in omnibus sibi adherentibus et nostris heredibus iuris aliquod reservantes, volentes conventui et ecclesie prenotate de hiis bonis sufficientem prestare warandiam, quando et quotiens a nobis fuerit seu a nostris heredibus requisitum. In cuius facti evidentiam presens scriptum dedimus *sigilli* presentis, videlicet *Borchardi Longi* appensione roboratum. Et *quia nos Borchardus Synister prenominatus sigillum non habemus, igitur sigillo Borchardi Longi fratris nostri presentibus usi sumus.* Testes huius facti sunt: Albertus de Gowisce, Conradus et Hinricus de Derneborch milites; Albertus et Conradus de Werre fratres, Wolterus Spyring, famuli, et alii viri fide digni. Datum et actum anno Domini M°.CCC°. quarto, dominica ante festum purificationis sancte Marie virginis.

Siegel ab. Gedr.: Jacobs UB. v. Waterler S. 247. Nr. 34.

584. Herzog Albrecht von Braunschweig überträgt das Eigenthum von 2½ Hufen in

Digitized by Google

den Feldern von Salzdahlum, sowie Curie und Hofplätze daselbst, durch Provisoren von Rubert und Conemann Brüdern von Salzdahlum angekauft, dem Hospital in Braunschweig. **Wolfenbüttel 1304 Februar 5.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Braunschweig.

. . Testes huius facti sunt: *dominus Ecbertus dictus iunior de Asseborch*, Fredericus de Ampeleve, Ludolfus de Honlege, Iohannes de Uttesse, milites; Iohannes Felix, Iohannes de Velstede, Eckelingus iunior apud cimiterium, cives in Bruneswich, et alii quam plures fide digni. Datum Wlflebutle anno dominice incarnationis millesimo CCC°. quarto, in die beate Agathe virginis ac martyris.

An grün- und gelbseidenen Fäden unverletztes Siegel. Gedr. incorrekt: Pistorius, Amoenitat. histor. iurid. VII, 2370 (chartul. Brunsv. hospit. b. Mar. virg.).

585. Herzog Albrecht von Braunschweig schenkt 3 Hufen in Hessen, die Graf Heinrich von Blankenburg von ihm zu Lehn gehabt, dem Kloster Stötterlingenburg. **Braunschweig 1304 März 6.**

Original im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg s. R. Kloster Stötterlingenburg Nr. 36.

. . Huius rei testes sunt: *Ecbertus de Asseborch*, Asswinus de Saldere, Iohannes de Uttessen, Iohannes et Ludolfus fratres dicti de Honloghe et quam plures alii fide digni. Ut autem hec nostra donatio apud posteros perpetue rata et stabilis teneatur, presentem litteram inde confectam super eo dedimus sigillo nostro firmiter roboratam. Datum per manum Bertoldi de Honloghe Bruneswich anno Domini millesimo tricentesimo quarto, feria sexta proxima ante dominicam qua cantatur Letare.

An gelb und rothen Seidenfäden unverletztes Siegel des Herzogs in gelbem Wachs. Gedr.: Schmidt-Phiseldeck, UB. des Kl. Stötterlingenburg S. 45. Nr. 56 (v. Orig.).

586. Ritter Ludolf und Gebhard, Söhne weiland Ritters Gebhard des Langen, Gebrüder von Bortveld, verkaufen dem Blasiusstift in Braunschweig für 8 Mark eine Zinshufe und eine halbe Lehnhufe in Wathenstede bei Ghevensleve, und resigniren sie Herzog Albrecht von Braunschweig. **1304 April 24.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Blasii).

Zeugen: Fredhericus de Ampleve, *Ecbertus de Asseborgh*, Bertrammus de Veltheym, Iohannes de Uttesse, Iohannes et Ludolphus fratres de Honleghe, milites. Datum anno Domini M°.CCC°. quarto, octavo Kalendas Maii.

An Pergamentstreifen beide Siegel, das Ludolfs beschädigt.

587. Herzog Albert von Braunschweig schenkt dem Blasiusstift in Braunschweig das Eigenthum an einer Zinshufe (mansus litonicus) in Feldmark des Dorfes Wathenstede bei Ghevensleve und an einer halben Lehnhufe daselbst, ihm von den Söhnen weiland Ritters Gebhard des Langen von Bortveld, Ludolf Ritter, und Gebhard, resignirt. **Burg Wolfenbüttel 1304 April 26.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Blasii).

Zeugen: fideles nostri Fredhericus de Ampleve, *Ecbertus de Asseborch*, Bertrammus de Velthem, Iohannes de Uttesse, Iohannes et Ludolphus fratres de Honloghe, milites. Datum in castro Wlferbutle anno Domini M°.CCC°. quarto, sexto Kalendas Maii.

An Pergamentstreifen leicht beschädigtes Siegel.

588. Otto (Graf von Rietberg) Bischof von Paderborn bekundet und bestätigt durch

Digitized by Google

Schiedsrichter erfolgte Streitbeilegung zwischen dem Pfarrer Bertold von Brakel und seinen Parochianen über Funktionen an der Hospitalskapelle. **1304 Juni 5.**

Vom Original im Pfarrarchiv zu Brakel.

. . Super his amicabiles compositores fuerunt: Wernerus decanus orientalis, Conradus prepositus in Gerdene, *Burghardus de Asseburgh*, Bernhardus de Brakele, Albertus de Amelungessen senior, milites. Testes qui huie ordinationi interfuerunt, apposuimus hiis premissis in evidentiam certiorem, quorum nomina sunt: Henricus de Boffessen, Borghardus de Stenheym, milites; Gerhardus de Modicsen, Fridericus de Ymmessen, Everhardus de Mengersen, Hermannus de Coven, famuli, et alii quam plures fide digni. Ut autem ista omnia et singula firma et inconvulsa perenniter perseverent, sigillum nostrum una cum sigillis honorabilis viri domini Georii thesaurarii ecclesie nostre, persone antedicte ecclesie in Brakele, Bertoldi plebani ibidem, *Borchardi de Asseburgh*, Bernhardi de Brakele, oppidi quoque Brakele presentibus decrevimus apponendum. Datum II. Nonas Iunii anno Domini M.°CCC°. quarto.

Von den an Pergamentstreifen angehängten 6 Siegeln ersten abgefallen; an 2. Stelle in weißem Wachs ovales Siegel, in architektonischer Verzierung zwei stehende Heiligen, darunter knieende Gestalt; an 3. stehende Gestalt, Kopf u. Umschrift abgeblättert; an 4. rundes **Siegel Burchards** wie Abbildung I. Nr. 7; an 5. rundes Bernhards von Brakel, Schild mit den vom Querbalken belegten Pfählen u. Helm; an 6. nur weißes Wachs, wovon oberste Lage mit Siegelabdruck abgefallen.

589. Herzog Heinrich von Braunschweig übereignet den Brüdern des Deutschen Ordens zu Lucklum den in Braunschweig zwischen den Höfen des Templerordens und **Ekbrechts von der Asseburg des Jüngeren** belegenen Hof. **Herzberg 1304 Juni 27.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. Lucklum).

Von der gnade Gotes wi herzoge Heinrich von Brunswic tun kunt alle den, die dissen kegenwerdigen bref horen oder sen, dasz wi den hof, den her Baldewin vonme Kampe, die wile he lebete, von uns zcu hofelene hatte, die da liet zcu Bruneswic zcussen der hern hof vonme Temple unde *hern Ekebrechtes hof von der Asseborg desz iungen*, den die heren zcu Lukenheim vonme Duzscen hus gekouft han wider Stefen, die wile he lebete, unsen burger zcu Bruneswic, durch unser vrowen ere von hemelriche unde die gunst, die wi haben zcu dem ordene vonme Duzscen hus, egenen den Duzscen hern von deme selben hofe zcu Lukenheim zcu biesizcende ewikliche miet deme rechte, dasz wi dor ane gehabet han unde, geben ein darof zcu einer vestenunge dissen bref biesteteget mit unsme ingesigele. Dasz ist geschen na der iarzcal Gotes bort tusend drihundert unde vier iar, an deme nesten sunabende na sente Iohanes dage desz Liechten, of unsme hus Hertesberge.

Angehängt gewesenes Siegel abgerissen.

590. Der Halberstädter Official bekundet, daß vor ihm **Burchard der Lange von Moringen in seinem und seines Bruders Burchard des Lochten Namen** die Schenkung einer Hufe in Hedeber Seitens **ihrer verstorbenen Mutter** an Kloster Riddagshausen nochmals genehmigt habe. **Halberstadt 1304 Juli 10.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. Riddagshausen).

666. Siegfried (von Querfurt) Bischof von Hildesheim bestätigt den Verkauf von 14½ Hufen zu Klein-Quenstedt, Seitens der **Gebrüder Burchard des Langen und Burchard des Lochten von der Asseburg Ritter**, an das Stift U. L. Frauen zu Halberstadt. **Hildesheim 1309 December 21.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg s. R. Stift B. V. Mariae zu Halberstadt Nr. 330.

Nos Sifridus Dei gratia Hildensemensis episcopus presentibus protestamur, quod cum *honesti milites Borchardus Longus, Borchardus Lochte, fratres dicti de Asseborch*, quatuordecim mansos cum dimidio in campis ville minoris Quenstede sitos vendiderant cum omni proprietate ac iure honorabilibus viris decano et capitulo

Digitized by Google

ecclesie sancte Marie Halberstadensis ipsos una cum advocacia eorundem, quam a nobis in feodo tenuerunt, de facto transferendo in decanum et capitulum iam predictos. Nos itaque devotis decani et capituli predictorum petitionibus inclinati receptisque triginta marcis Hildensemensis valoris et ponderis ab eisdem, venditionem et translationem predictas tocius nostri consensu capituli accedente, ratificamus ac eciam approbamus sub presencium testimonio litterarum, renunciantes omni actioni, inpeticioni seu iuri, quod nobis nostrisque successoribus aut ecclesie nostre circa repeticionem predicte advocacie possent competere, quoque modo nichil nobis in eadem iuris penitus reservantes. In quorum omnium evidenciam sigillum nostrum videlicet ac nostri capituli presentibus sunt appensa. Datum Hildensem anno Domini millesimo trecentesimo nono, in die beati Thome apostoli.

An gelb-roth seidenen Schnüren in gelbem Wachs wohlerhalten 1) ovales Siegel des Bischofs; 2) großes rundes des Capitels.

667. Herzog Albrecht von Braunschweig übereignet der Kirche in Watenstedt (am Bruche) Halberstädter Diöcese eine halbe Hufe daselbst, welche Ritter Ludolf von Bortfeld für sich und seinen Bruder Gevehard resignirt hat. **Braunschweig 1310 Januar 4.**

Nach Copialb. des Johanniskloſters vor Halberstadt aus Ende XV. Jahrh. fol. 181 in Univerſitätsbibl. zu Jena.

. . . Testes etiam sunt discreti viri: Reymboldus plebanus sancte Katherine, Conradus beneficiatus vicarius sancti Blasii, ecclesiarum in Bruneswic; *Ecbertus de Asseborch*, Bartrammus de Veltem, milites, et plures alii fide digni. Datum Bruneswich anno Domini M°.CCC°. decimo, pridie Nonas Ianuarii.

668. Raveno von Amelunxen Knappe verkauft unter Consens seines Oheims (patrui) Ritters Herbold von Amelunxen seine Güter in Borſtolde an Kloſter Gehrden. **1310 Februar 10.**

Nach i. J. 1684 beglaub. Copiar des Kloſters Gehrden fol. 436. Nr. F. 11. im Gräfl. Bocholz'ſchen Beſitz.

. . . Testes huius rei et consensus sunt videlicet: dominus Bertoldus plebanus in Brakele, *dominus Burchardus de Asseborch*, dominus Bernhardus de Brakele, milites; Everhardus de Mengersen famulus, et alii quam plures fide digni. Datum anno Domini M.CCC.X., in die Scholastice virginis.

669. **Ritter Burchard von der Aſſeburg** bezeugt, daß Hildegund, weiland Ritters Conrad von Amelunxen Tochter, vor ihm erklärt habe, der von ihrem Bruder Raveno geſchehene Verkauf der Güter im Borſtolde an Kloſter Gehrden ſei mit ihrem Willen vollzogen. **1310 Februar 16.**

Nach i. J. 1684 beglaub. Copiar des Kloſters Gehrden fol. 463. f. Nr. F. 13. im Gräfl. Bocholz'ſchen Beſitz.

Nos dominus Borghardus de Asseborch miles universis Christi fidelibus volumus esse notum, *sigillo nostro* presentibus appenso protestantes, quod Hildegundis, filia Conradi militis de Amelungessen bone memorie, coram nobis constituta arbitrabatur contractum venditionis bonorum in Borstolde, quem Raveno frater ipsius et Herboldus de Amelungessen miles ipsius patruus cum domino preposito et conventu in Gerdene fecit et inivit, cum sua voluntate fore factum pariter et consensu, renuntiando resignavit nihilominus coram nobis omnia bona predicta et de omni iure, quod sibi in dictis bonis cedere vel derivari videbatur. Testes huius rei: Bernhardus de Brakele miles, dominus Bertoldus plebanus ibidem, Wernherus de Brakele, filius domini Bernhardi predicti, Hermannus de Koven, famuli, et alii quam plures fide digni. Datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo, ipso die Iuliane virginis.

Digitized by Google

670. Ritter Olrich von Westheim verkauft unter Zustimmung seiner Gemahlin Gertrudis, Olrichs, Alberts, Alheids ihrer Kinder an Äbtissin und Convent des Klosters Brenkhausen für 440 Mark Hörterscher Denare alle seine Güter in Heinhausen (Heygenhusen), nämlich großen und kleinen Zehnten, 2 Höfe und 2 Stätten daselbst, sowie einen zehntfreien Hof in Hembsen (Hemedessen) unter der Bedingung, daß, falls vor Entrichtung der Summe in Hörter auf Befehl des Abts von Corvey Veränderung oder Verkleinerung gebräuchlichen Gewichts eingeführt würde, dann der Convent in reinem und weißem Silber, die Mark zu 30 Schillinge, bezahlen solle; auch soll binnen Jahresfrist von nächsten Ostern an Bewilligung verschiedener Oberlehnsherrn auf Kosten der Verkäufer und Zustimmung der minderjährigen bei erlangter Volljährigkeit beigebracht werden, die Bürgen bei etwaigem Defekt in Warburg einreiten. **1310 Februar 16.**

Vom beschäd. Original im Stadtarchiv zu Brakel II, 29.

. . Testes huius contractus sunt: *dominus Burchardus de Asseburgh*, dominus Bernhardus de Brakele, milites; Fredericus de Immessen, Everhardus de Mengersen, Hermannus de Coven, Henricus de Osthem, Iohannes Bruneswich, famuli, Iohannes Rufi, et alii quam plures fide digni. In cuius rei evidentiam sigillum nostrum cum sigillo domini Bertoldi plebani in Brakele presentibus est appensum. Nos vero Bertoldus plebanus oppidi iam dicti ad maiorem firmitatem sigillum nostrum apponi duximus huic litere, prout a presentibus nos fideliter rogabamur. Acta et data sunt hec anno Domini millesimo tricentesimo decimo, ipso die Iuliane virginis.

An roth-gelb seidenen Schnüren 1) in grünem Wachs dreieckiges Siegel, worin dreieckiges Instrument, je eine der auslaufenden Spitzen hakenförmig umgebogen, in der Mitte fünfblätterige Rose; Umschrift: S. O.L.R.I.C.I D.G W.G S.T.h.G.M. M.I.L.I.T.I S. 2) in weißem Wachs spitzovales Siegel, Engel mit ausgebreiteten Armen u. Flügeln, an beiden Seiten der Gewandung je ein Schlüssel mit dem Bart nach oben und außen; Umschrift: S.I.G.I.L.L.V.M. E.G.R.T.O.L.D.I P.L.G.E.R.N.I. I.N. E.R.F.R.G.L.G.

671. Burchard von der Asseburg und Bernhard von Brakel, Ritter, beurkunden den Verkauf der Güter Ritters Olrich von Westheim in Heinhausen und Hembsen an Kloster Brenkhausen. **Brakel 1310 Februar 16.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Brakel II, 28.

Nos dominus Burghardus de Asseburgh, dominus Bernhardus de Brakele, milites, universis Christi fidelibus cupimus esse notum, *sigillis nostris* presentibus appensis, lucide ea que audivimus et vidimus protestantes, videlicet, quod Olricus de Westheim miles cum consensu et voluntate Gertrudis uxoris sue, Olrici et Alberti filiorum suorum, Alheydis filie sue, omniumque heredum suorum arbitrio pariter et favore vendidit rite et rationabiliter devotis Christi virginibus domine abbatisse totique conventui monialibus in Boringehusen, ordinis Cisterciensis, omnia bona sua in Heygenhosen, videlicet maiorem decimam cum minuta, duas curias et duas casas ibidem, item curiam unam in Hemedessen indecimalem cum omnibus usufructibus eorundem, videlicet silvis, campis, pratis, aquis, pascuis ac appenditiis suis quibuscunque, pro quadringentis et quadraginta marcis gravium denariorum in Huxar legalium iure proprietatis, quiete et libere perpetuis temporibus possidenda iure et conditionibus infra scriptis, videlicet, quod Olricus miles prefatus dicto conventui proprietatem et dominium omnium bonorum premissorum a dominis pheodalibus singulis et universis debet et tenetur a festo Pasche nunc proximo infra annum immediate subsequentem sub suis laboribus et expensis integraliter et complete impetrando procurare, promittens nicholominus sepedicto conventui, ubicunque necesse

Digitized by Google

habuerit, ratione iuris hereditarii in predictis bonis plenariam warandiam. Ceterum sepefatus Olricus de Westheim miles, Gertrudis uxor sua, Olricus, Albertus et Alheydis ipsorum liberi coram nobis in ecclesia Brakele constituti et pluribus aliis fide dignis unanimiter bona voluntate et arbitrio renuntiando resignaverunt omnia sua prefata cum omni iure bonorum eorundem, ita plane, quod ipsi aut ipsorum heredes nunquam quicpiam iuris vel proprietatis ullo modo poterunt vendicare, que quidem bona omnia Olricus memoratus Frederico de Immessen, Everhardo de Mengersen, Hermanno de Coven et Iohanni dicto Brunesvich, famulis, nomine ecclesie in pheodo contulit, conventui vero prefate ecclesie nichilominus porrigendo. Insuper idem quoque Olricus dicto conventui posuit fideiussores fide dignos qui sunt: Stephanus et Conradus milites fratres dicti de Horhusen, dominus Fredericus, Ludolfus de Horhusen, Raveno senior de Papenheim, Conradus Sculthetus, Olricus de Escheberg, milites, et alii famuli quam plures, qui pro Olrico prefato fide prestita promiserunt et post ipsum, si infra tempus et terminum sibi ad hoc prefixum proprietatem dictorum bonorum conventui memorato non procuraret, ut promisit, vel sui filii et filie adhuc pueri, postquam ad maturam etatem pervenerint, ipsum aliquo modo ratione bonorum prefatorum inquietando impediverint vel procurarent per alios impediri, cum moniti fuerint, Wartberg intrabunt, ibidem ad iacendum seu obstagium faciendo more fideiussorum, donec memorato conventui de omnibus predictis complete vel favoranter fuerit satisfactum de omnibus inquietatoribus et defectibus occasione bonorum prefatorum, prout fideiussores prenominati patentibus literis sigillis ipsorum firmiter roboratis unanimiter profitentur. Item hoc fideliter adiecto, si in prefato oppido Huxar novi denarii fabricarentur, priusquam dicta ecclesia Beringehusen bona sua sepedicta totaliter persolveret, extunc eadem bona cum argento puro liberam habebunt potestatem persolvendi super quamlibet marcam argenti computando pro triginta solidis, donec summa quadringentarum et quadraginta marcarum integraliter persolvatur. Nos etiam dominus Bertoldus plebanus in Brakele hec omnia et singula premissa in ecclesia nostra nobis presente acta et terminata rite et rationabiliter sigillo nostro presentibus appenso ad maiorem evidentiam lucide protestamur. Preterea nos Wilhelmus et Lutbertus proconsules, Sigehardus, Volpertus, Wernherus, Hermannus de Erklen, Henricus de domo lapidea, Conradus Eylberti, Henricus Langebruge, Wernherus dives, Helwicus de Erwordessen, Thidericus de Voltessen, consules in Brakele, sigillum nostre universitatis apposuimus huic scripto, sicut a presentibus rogabamur in testimonium premissorum. Testes huius rei sunt: Everhardus plebanus in Otberge, Herboldus de Amelungessen miles, Wernherus et Wernherus de Brakele, Henricus de Vlechtene, Henricus de Ostheim, Lippoldus Longus, Wernerus de Vlechtene, Albertus de Immessen, famuli, Iohannes Ruti, et alii quam plures fide digni. Acta et terminata et data sunt hec in Brakele anno Domini M°.CCC°.X°. Iuliane virginis.

An roth-gelb seidenen Schnüren 1) **Siegel Burchards** wie Abbildung I. Nr. 7. in weißem Wachs; 2) abgefallen; 3) spitzovales Siegel in weißem Wachs, wie 2) an Nr. 670; 4) abgefallen.

672. C. Äbtissin von Brenkhausen tauscht mit dem Hospital in Brakel gegen Eigenthum in Eggehardeslo solches an Rottländereien in Wimelsen ein. **1310 Februar 16.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Brakel.

. . Testes huius donationis et facti sunt: dominus Wishelus monachus et frater Iohannes conversus nostre providentie cooperatores, et alii quam plures fide digni. Et quia ad presens nostrum sigillum non habuimus, presentem litteram *domini*

Digitized by Google

Borchardi de Asseborg petivimus roborari. *Nos vero Borchardus prefatus sigillum nostrum* apponi duximus huic scripto, prout fideliter rogabamur, in testimonium premissorum. Datum anno Domini M°.CCC°.X°., ipso die Iuliane virginis.

Siegel vom Pergamentſtreifen abgefallen.

673. Ermgard, Wittwe des Knappen Werner Sumercalf, verkauft eine von **Burchard von der Aſſeburg** zu Lehn gehende Hufe in Emerke für 10 Mark an die Kirche in Pömbſen. **1310 März 1.**

Nach Copiar des Kl. Marienmünſter fol. 21. aus Anfang XVI. Jahrh. im Fürſtl. Lippe'ſchen Archiv zu Detmold.

Nos Ermegardis relicta quondam Werneri Sumercalf famuli et Bertoldus ac Wernerus eius filii universis presentia visuris patefacimus evidenter, quod nos Ioanni plebano in Pommesen mansum nostrum in villa Emerike situm, quem *a domino Borchardo de Asseborch* in feodo tenuimus, pro decem marcis Huxariensium denariorum vendidimus cum favore, nichil excipientes, cum omnibus iuribus et attinentiis ad dictam ecclesiam in Pomessen ad usum successorum suorum perpetue pertinendum. Quem etiam mansum ad proprietatem dicte ecclesie resignavimus ad manus *militis* memorati. Si vero dictus *miles* dominum feodi nobis sibi maiorem demonstraverit, proprietatem dicte ecclesie sub nostris expensis procurabimus ab eodem. Et hoc plebano in Pomessen, qui pro tempore fuerit, cui etiam in dicto manso firmam faciemus warandiam, promittimus in his scriptis. Huic etiam rei testes rogati aderant: Borchardus plebanus in Holthusen, Iohannes de Eilwordessen miles, Gotfridus de Ermwordessen famulus, et alii quam plures fide digni. Nos vero Conradus et Albertus dicti de Addessen, proconsules, Iohannes de Merlhossen, Hermannus Mese, Volgwin, Iohannes dormitor, Conradus Herburg., Hermannus Stenhus, Henricus crispus, Theodoricus de Emerike et Bertoldus de Addessen, in Nihem consules, in huius rei testimonium ad dictorum Ermegardis et filiorum suorum petitionem nostrum sigillum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo, die dominica post Mathie.

Das Marienmünſterſche Copiar v. J. 1725, im Beſitz des Freiherrn von Oeynhauſen zu Grevenburg, enthält die Urk. Nr. 64. fol. 102. f. — Das von derſelben Hand geſchrieb. v. J. 1727 im Kgl. Staatsarchiv zu Münſter Nr. 65. fol. 102. f. mit beglaub. Notiz authenticis . . manuscriptis . . concordans.

674. **Ritter Burchard von der Aſſeburg** übereignet unter Zuſtimmung **ſeiner Gemahlin Agnes und ſeiner Kinder Bertold, Johann, Werner, Alheid, Ermgard und Sophia** ihm reſignirte Hufe in Emerke der Kirche in Pömbſen. **1310 März 1.**

Nach Copiar des Kloſters Marienmünſter aus Anfang XVI. Jahrh. im Fürſtl. Lipp. Archiv zu Detmold.

Nos Borchardus de Asseborch miles universis presentia visuris patefacimus evidenter, quod constituti coram nobis Ermegardis relicta quondam Werneri Sumercalf famuli et eius filii Bertoldus et Wernerus unum mansum in villa Emmerike situm, quem a nobis in pheodo tenuerunt, in manus nostras libere resignaverunt. Quem etiam mansum cum omnibus suis iuribus et pertinentiis ad dictorum petitionem divineque remunerationis intuitum cum consensu *Agnetis uxoris nostre legitime et filiorum ac filiarum nostrarum Bertoldi, Iohannis, Werneri, Alheidis, Ermegardis et Sophie*, nec non heredum nostrorum omnium ecclesie in Pomessen proprietavimus ad usus plebani ibidem perpetuo pertinendum. In cuius testimonium *nostrum sigillum* presentibus est appensum. Datum dominica die post Mathie, anno Domini M°.CCC°.X.

Das Marienmünſterſche Copiar v. J. 1725, im Beſitz des Freiherrn von Oeynhauſen zu Grevenburg, enthält die Urk. Nr. 65. fol. 104. f. — Das von derſelben Hand geſchrieb. v. J. 1727 im Kgl. Staatsarchiv zu Münſter Nr. 65. fol. 104. mit beglaub. Notiz authenticis manuscriptis concordat.

Digitized by Google

675. Abt Ropert, Prior Crachto und Convent des Stifts Corvey bestätigen dem Kloster Brenkhausen den für 440 Mark Denare geschehenen Ankauf des großen und kleinen Zehnten in Heinhausen, zweier Höfe daselbst, zehntfreier Curie in Hembsen vom Ritter Ulrich von Westheim, nachdem dieser sowohl wie Edelherr Bodo von Homburg, die jeder einen Theil davon von Corvey zu Lehn trugen, darauf resignirt haben, und ersterer dafür Güter in Aspe, Velseberch und Westheim zu Lehn auftrug. **1310 März 4.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Brakel.

. . Testes huius sunt honorabiles viri domini: *Borghardus de Asseborch*, Bernehardus de Brakale [1]), Stephanus et Conradus fratres dicti de Horhosen, Ludolfus de Horhosen, milites; Wernherus et Wernherus de Brakele, Fredericus de Immessen, Hermannus de Koven, Everhardus de Meygerdessen, famuli, et alii quam plures fide digni. Actum et datum anno Domini M°.C°.C°.C°. decimo, quarto Kalendas Marcii.

Von gelb-grünen Seidenfaden erstes Siegel abgefallen; an 2. Stelle in weißem Wachs verletztes großes rundes Corveyer Capitelssiegel. Gedr.: unvollständig und mit falscher Jahreszahl 1314: Wigand, Archiv VII, 237. (nach Kindlinger., Handschr. 102. S. 91). [1]) So im Or.

676. Abt Peter, Prior Heinrich und Convent des Ägidienklosters in Braunschweig verkaufen dem Kloster Marienthal für 315 Mark Silbers 11 Hufen 4 Höfe und 2 Hofstellen in Alverstorf (Alghedestorp prope Ofleve). **Braunschweig 1310 März 19.**

Von doppelten Originalen im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. Marienthal).

Zeugen: honorabiles viri Baldewinus decanus, Engelbertus de Medinghe, Henricus de Weverlinge, canonici ecclesie sancti Blasii in Bruneswic; necnon Iohannes de Honlege, *Ekbertus de Assebürch*, Bertammus de Velthem, milites; item Iohannes Felix, Iohannes de Velstede, Eggelingus prope cimiterium, burgenses in Brunswic. Datum in Brunswic anno Domini M°.CCC°.X°., feria quarta ante dominicam qua cantatur Oculi mei.

Abtei- und Conventssiegel an grün und gelb seidenen Fäden an beiden Exemplaren.

677. Ritter Florin und Knappe Albert von Dalum, Gebrüder, bekunden 14 Hufen und 6 Morgen, einen Hof, 22 Hofstellen, 28 Nutzungen im großen und 26 Nutzungen im kleinen Holze, 26 Grastheile ꝛc. in Salzdahlum für 350 Mark dem Ägidienkloster in Braunschweig verkauft und Herzog Albrecht behufs des Klosters aufgelassen zu haben. **Braunschweig 1310 März 30.**

Von Transsumt des Raths der Altstadt Braunschweig um 1320 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Egidii).

Zeugen: honesti viri Iordanus dapifer, Bertrammus de Veltem, *Ecbertus de Asseborch*, Albertus de Werre, Iohannes de Marnholte, milites; Hermannus Holtnicker, Hermannus Wulvram et Iohannes de Velstidde, burgenses in Bruneswich. Actum et datum ibidem anno Domini M°.CCC°. decimo, tercio Kalendas Aprilis.

Siegel an Pergamentstreifen.

678. Herzog Albrecht von Braunschweig schenkt dem Ägidienkloster in Braunschweig das Eigenthum der Nr. 677 bezeichneten Grundstücke in Salzdahlum, welche das Kloster von den Brüdern von Dalum gekauft hat. **Burg Wolfenbüttel 1310 März 30.**

Von doppelten Originalen im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Egidii).

Zeugen: Iordanus dapifer noster, Bertrammus de Veltem, *Eckebertus de Asseborch*, Albertus de Werre, Iohannes de Marnholte, milites; Hermannus Holtnicker, Hermannus Wulveram et Iohannes de Velstede, burgenses nostri in Brunswich. Datum in castro Wolferbutle anno Domini millesimo trecentesimo decimo, tercio Kalendas Aprilis.

An roth seidenen Fäden unbeschädigtes Siegel; vom 2. Exemplare Siegel abgefallen.

Digitized by Google

679. Egbert und Albert Brüder von Amelunren, **ihre Mutter Brederun,** Egberts Gemahlin Gerburgis und Otto ihr Sohn genehmigen unter Egberts Siegel den Verkaufscontrakt, den weiland Ritter Albert von Amelunren der Ältere mit Consens seiner Gemahlin Biga, Tochter Gisla und deren Gemahl Knappe Hermann von Brakel und Knappe Herbold, weiland Knappen Herbolds von Amelunren Sohn, mit der Gehrdener Kirche über 1/4 ihres Dorfs Borstolden geschlossen, außerdem, daß Knappe Ravene von Amelunren, weiland Ritters Conrad Sohn, die Hälfte des Dorfs Borstolden an Gehrden verkauft habe, und verzichten auf alles Recht an jene 3 Theile. **1310 Mai 1.**

Nach i. J. 1684 beglaub. Gehrdener Copiar fol. 44. F. 14. im Gräfl. Bocholtz'schen Besitz.

. . ad maiorem vero certitudinem presentem paginam pace unanimi *sigillo domini Burchardi de Asseburch* impetravimus firmiter roborandam. Nos vero *dominus Burchardus de Asseburch miles,* ut omnia predicta firma et inconvulsa permaneant, *sigillum nostrum* presentibus duximus apponendum, prout nos fideliter rogabamur. Testes huius contractus sive rei sunt videlicet: Hartmannus plebanus in Voltessen, Hermannus plebanus in Eddessen, Gerhardus de Modikessen, Henricus de Erwordessen, famuli, Conradus dictus Mach, et alii quam plures fide digni. Acta et data sunt hec anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo decimo, ipso die beatorum apostolorum Philippi et Iacobi.

680. Herzog Albert von Braunschweig schenkt der Kirche in Dorstadt einen Hof im Dorfe Kissenbrück, den Ernst ein Bürger daselbst besessen hatte. **Wolfenbüttel 1310 Mai 13.**

Vom Original im Dorstädter Archiv.

. . . Testes vero, qui presentes aderant, sunt: dominus Heidico cappellanus noster, *Borchardus de Asseborch,* Bertrammus de Werle, Eilardus de Dalem, et quam plures alii fide digni. Actum Wlfferbutle, anno Domini M°.CCC°. decimo, in die beati Servacii episcopi.

Siegel an Pergamentstreifen gut erhalten.

681. Beurkundung über Gärten vor dem Giersthor (porta vulturea) die zum beneficium sanctissimae Trinitatis gehören. **1310 Mai 24.**

Aus Strunks Not. critic. ad Schaten Ann. Pad. fol. 500 auf Theoderian. Bibliothek zu Paderborn.

Notum sit omnibus, ad quos presentes littere pervenerint, quod coram nobis preposito et capitulo ecclesie Paderbornensis . . . Testes presentes fuerunt: *Bertoldus prepositus ecclesie beatorum apostolorum Petri et Andree,* Thydericus de Yttere, Reinerus dictus Crevet, canonici . . . Datum et actum: . . nono Kalendas Iunii.

682. Ritter Jordan, Truchseß der Herzöge von Braunschweig, und dessen Söhne Anno, Jordan, Baldwin und Bertram (von Campe) bekunden vor Herzog Albrecht das Eigenthum zweier Hufen in Repner (Repenerde), welche Hermann von Ursleben, Braunschweiger Bürger, zu Lehn getragen, dem Ägidienkloster in Braunschweig verlassen zu haben. **Braunschweig 1310 Juli 18.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Egidii).

Zeugen: honesti viri Iohannes de Honlaghe, *Ecbertus de Asseborch,* Bertrammus de Veltem, milites; David Cronesben, Conradus de Domo, Iohannes Roseke, burgenses in Brunswich, fideles nostri. Actum et datum ibidem anno Domini M°.CCC°. decimo, quinto decimo Kalendas Augusti.

An roth seidenen Fäden Siegel des Truchseß und dessen ältesten Sohns Anno.

Digitized by Google

683. Ritter Burchard von Steinheim, Gemahlin Mechtild und Söhne Bertold, Engelhard und Hermann übertragen dem Kloster Hardehausen ihren Zehnten in Sudheim bei Brakel. **1310 August 18.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Kloster Hardehausen Nr. 406.

. . . Testes huius rei sunt: Hermannus prepositus Gerdensis, Bertoldus plebanus in Bracle, Henricus plebanus in Hyrse, *dominus Burghardus de Asseborg et Bertoldus filius suus,* Fridericus de Immedessen, Everhardus de Mengersen, et alii quam plures fide digni. Quod ut ratum et inconvulsum permaneat, ego Borghardus de Stenhem miles predictus presens scriptum *sigillo domini Borghardi de Asseborg* petii roborari. *Et nos Borghardus de Assebory* ad petitionem ipsius *sigillum nostrum* duximus presentibus apponendum. Datum anno Domini M°.CCC°. decimo, Agapiti martiris.

Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

684. Burchard der Lange von der Affeburg verkauft ein Lehnstück bei Watzum. **1310 November 18.**

Von Abschr. XVI. Jahrh. im Gräfl. von der Asseburg'schen Archiv auf dem Falkenstein.

Singulis praesens scriptum visuris seu audituris *nos Burchardus Longus dictus de Asseburg* cupimus notum esse et publice protestamur, quod de consensu nostrorum heredum discreto viro Conrado domino Sperlinch necnon uxori suae Ermegardi et omnibus suis haeredibus veris et legitimis vendidimus unum mansum situm in campo Watkessem nobis pertinentem cum omnibus suis attinentiis, tam in villa quam in campo, pro VIII marcis et dimidiam puri argenti iure proprietatis liberae perpetuo possidendum, exemptum nichilominus ab omni iugo advocationis et cuiuslibet servitutis. Guarandamus insuper ipsum et omnes suos haeredes ab omnibus impugnationibus rationabilibus et veris et quod cum eisdem bonis dandi, exponendi seu vendendi, sicuti cum bonis suis propriis, omnium horum liberam habeat facultatem, tamquam nos usque ad haec tempora ipsam liberam *a nostris genitoribus* habebamus. Huius rei testes sunt: conplebes in Semmenstede, Borwilus famulus dominus de Hedeber, et alii quam plures viri fide digni. In cuius rei evidenciam sibi damus hanc literam *sigilli nostri* immunitate communitam. Actum et datum anno Domini 1310, in die octavo beati Martini.

685. Ritter Bertold, weiland Ritters Arnold von Veltheim Sohn, bekennt dem Blasius-Stift in Braunschweig für 60 Mark 4 Hufen und dazu gehörigen Hof in Ynghe-leve verkauft und Herzog Albrecht von Braunschweig resignirt zu haben. **Braunschweig 1311 April 24.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Blasii).

Zeugen: *Ecbertus de Asseborch,* Iordanus de Wenthusen, Bertrammus de Veltum, Baldewinus de Wenden, milites. Actum et datum Brunswic anno Domini M°.CCC°. undecimo, octavo Kalendas Maii.

An roth wollenen Fäden Siegel des Ausstellers und seines Schwiegervaters, Ritters Ludolf von Honlege.

686. Egbert und Albert von Amelungen verkaufen dem Kloster Gehrden den vierten Theil der Villa Borsfolden. **1311 April 25.**

Nach i. J. 1684 beglaub. Copiar des Klosters Gehrden fol. 44 f. Nr. F. 15 im Gräfl. Bocholz'schen Besitz.

In nomine Domini amen. Oportet ea que aguntur in tempore, stabiliri testibus et scriptura, ne cum tempore labili penitus evanescant. Igitur nos Egbertus et Albertus dicti de Amelungessen, filii domini Alberti de Amelungessen militis bone

Digitized by Google

memorie, universis Christi fidelibus, quibus presens scriptum visum fuerit vel auditum, cupimus fore notum publice protestando, quod nos honorabili viro domino preposito, priorisse totique conventui in Gerdene rite et rationabiliter vendidimus cum voluntate et consensu *Vrederune* matris nostre, Alheidis, Vrederune et Petronille, sororum nostrarum, Gerbergis uxoris mei Egberti, Ottonis et Cunegundis, filii nostri et filie, omniumque heredum nostrorum pleno et unanimi cum favore hereditatem nostram propriam, videlicet quartam partem nostram ville Borstolden cum omnibus suis iuribus, usufructibus, obventionibus nec non emolumentis appendiciis intra villam et extra villam singulis et universis iure proprietatis libere et quiete perpetuis temporibus possidendam, volentes nihilominus domino preposito, priorisse et conventui predictis loco et tempore de venditione quarte partis cum omnibus iuribus ville memorate prestare plenariam warandiam. In cuius rei testimonium ego Egbertus presens scriptum dedi meo sigillo firmiter roboratum. Nos vero Albertus, quia proprio caremus sigillo, presentem paginam *sigillo domini Burchardi dicti de Asseburgh militis nostri avunculi* impetravimus communiri. *Et nos Burchardus* predictus ad preces Alberti *avunculi nostri sigillum nostrum* presentibus duximus apponendum in testimonium et robur omnium premissorum. Acta sive data sunt hec presentibus testibus infrascriptis videlicet, Conrado dicto Sculteto milite, Everhardo de Brockhusen, Iohanne de Sunrike, Goswino dicto Blicken, Henrico de Immedeshem, famulis, et quam pluribus viris fide dignis. Anno dominice incarnationis millesimo tricentesimo undecimo, ipso die beati Marci evangeliste glorioso.

Wahrscheinlich, doch urkundlich nicht zu constatiren, ist die I, 254 Nr. 385 erwähnte Frederun mit der 1307 April 14 als Gemahlin und Nr. 679 sowie hier als Wittwe Ritters Albert von Amelunxen vorkommenden identisch, und ist deßhalb Ritter Burchard v. d. Asseburg Oheim (avunculus), Mutters Bruder, der Aussteller genannt.

687. Knappe Everhard von Nigenkerken schenkt unter Zustimmung seiner Gemahlin Gvseltrudis, seiner Söhne Carl, Arnold, Johann und Hermann Erbschaft, Recht und Herrschaft in Eggehardeslo dem Hospital in Brakel. **1311 April 26.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Brakel II, 31.

. . . Testes huius rei sunt: *Dominus Burchardus de Asseburch miles*, Everhardus de Mengersen, Fredericus de Imnesen, Hermannus de Coven, Henricus de Osthim, famuli; Lutbertus de Stenlim iunior, Henricus de Walhosen, Conradus Wernesen, Fredericus de Heinhosen, Henricus de Voltesen, Henricus columba, Iohannes de monte, Iohannes Rufi, Hermannus de Herisia, Bernhardus de Coven, Iohannes dictus Spilbrot et Iohannes de Driburgh, consules oppidi Brakle, aliique quam plures fide digni. Datum anno dominice incarnationis M°.CCC°. undecimo, feria secunda proxima post festum beati Marci evangeliste.

An roth-grün seidenen Schnüren in weißem Wachs rundes Siegel: quer getheilter Schild, im obern Theile Hälfte eines Adlers mit ausgebreiteten Flügeln so zwar, daß andere Hälfte in den untern Theil des Schildes, der zwei Pfähle enthält, fallen würden. Außen von späterer Hand: Egerdeslo is gelegen by der kopper grunt an wente an de markede to Modexen myt syn tobehoringe.

688. Herzog Albrecht von Braunschweig verkauft an Rath und Bürgerschaft von Helmstedt die Schultesie daselbst für 90 Mark wiederkäuflich. **Braunschweig 1311 April 30.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Helmstedt.

. . . Testes huius sunt: *Ecbertus de Asseborch*, Bartrammus et Ludolphus fratres dicti de Veltum, milites nostri. Datum et actum Bruneswic anno Domini M°.CCC°. undecimo, in vigilia sanctorum Philippi et Iacobi apostolorum.

An Pergamentstreifen unverletztes Siegel. Gedr.: Kress, Vind. iust. iud. recup. Anl. VI.

Digitized by Google

689. Herzog Albrecht von Braunschweig schenkt dem Blasiusstift in Braunschweig das Eigenthum an 4 Hufen und einen Hof in Yngheleve, welche Grundstücke Ritter Bertold, weiland Ritter Arnolds von Veltheim Sohn, dem Stift für 60 Mark verkauft und ihm resignirt habe. **Braunschweig 1311 April 30.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Blasii).

Zeugen: *Ecbertus de Asseborch*, Iordanus de Wenthusen, Bertrammus de Veltum, Baldewinus de Wenden, milites, fideles nostri. Datum Bruneswic anno Domini M°.CCC°. undecimo, pridie Kalendas Maii.

An roth seidenen Fäden verletztes Siegel.

690. Knappe Werner von Brakel überträgt an Lubbert von Vorhus 4 Hufen und 2 Häuser in Herste. **1311 Mai 6.**

Vom Original im Königlichen Staatsarchiv zu Münster, Neuenheerse Nr. 25.

Universis Christi fidelibus, quibus presens scriptum visum fuerit vel auditum, ego Wernherus de Brakle famulus, filius domini Hermanni de Brakle militis felicis recordationis, cupio fore notum lucide profitendo, quod Lubberto de Vorhus, hospiti meo predilecto, Hadewigi uxori sue omnibusque heredibus eorum natis et nasciturisaccedente voluntate et consensu domini Bernhardi de Brakle et *domini Burchardi de Asseburgh* militum, Hermanni, *Bertoldi*, Wernheri et *Wernheri* filiorum eorum, meorum consanguineorum, omniumque heredum meorum cum favore porrexi et porrigo largiter in hiis scriptis quatuor mansos et duas casas in Herste sitos, cum omnibus suis iuribus, usufructibus, obventionibus ac appenditiis intra villam et extra villam universis, iure pheodali perpetuis temporibus hereditarie possidendos. In cuius rei testimonium meum sigillum presentibus est appensum. Et nos Bernhardus et *Burchardus* milites predicti hanc phedationem cum consensu et assensu nostro nostrorumque filiorum predictorum rationabiliter fore factam nobis nychilominus presentibus recognoscimus tenore presentium litterarum, *nostris sigillis* firmiter signatarum. Acta sive data sunt hec anno dominice incarnationis M. tricentesimo undecimo, ipso die beati Iohannis ante portam Latinam.

An roth-grün seidenen Schnüren nur an 1. Stelle zerbröckeltes dreieckiges Siegel des Ausstellers, die andern abgefallen.

691. Albert Bischof von Halberstadt überträgt und incorporirt dem Kloster St. Georgenberg (montis sancti Georgii) (zu Goslar) mit Consens des Domcapitels und des Archidiacons loci die Capelle zu Schwanebeck im Banne Halberstadt mit Patronatsrecht und Pfarrkirche, wovon ersteres bereits dem Kloster gehörte. **Halberstadt 1311 Mai 18.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Hannover, Kl. Grauhof Nr. 61.

. . . Testes eciam hii existunt: honorabiles viri domini Gherardus prepositus, Fridericus decanus, Iohannes portarius, Wernerus de Scherembeke, Hinricus de Anehalt prepositus sancti Bonifatii, Ghevehardus de Wernigherodhe[1]), Wladus de Hesnem vicedominus, Hinricus scolasticus, Wernerus de Wanzleve camerarius, Burchardus de Ceghenberch, *Borchardus de Moringhen*, magister Iohannes Felix thesaurarius et Heydenricus Aries, nostre ecclesie canonici, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Halberstad in nostro capitulo generali, anno Domini M°.CCC°.XI°., feria tercia ante Ascensionis Domini.

An weiß seidenen Schnüren sehr beschädigt 1) ovales Siegel Bischofs Albert; 2) großes rundes des Domcapitels; 3) des Halberstädter Archidiacons, Jungfrau mit dem Kinde, zu beiden Seiten Wappenschilder; von der Umschrift: . . . . DEB(?) . . EL'. hALE'STA. [1]) Werni auf Natur. Gütige Mittheilung des Herrn Archivars Dr. Doebner.

Digitized by Google

692. Bernhard von Brakel und **Burchard genannt von der Asseburg,** Ritter, und Knappe Werner von Brakel geben als Lehnsherren ihre Zustimmung zum Verkauf von 1½ Hufen in Heinhausen an Kloster Brenkhausen Seitens Gerhards von Moderen, Knappen. **1311 Mai 21.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Brakel II, 30.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, nos Bernhardus de Brakle, *Burchardus dictus de Asseburgh,* milites, et Wernherus de Brakle famulus, filius domini Hermanni de Brakle bone memorie, cupimus fore notum unanimiter publice profitentes, quod nos, accedente consensu pariter et assensu Hermanni, Wernheri et Ottonis, filiorum nostri Bernhardi predicti, *Agnetis uxoris nostre Burchardi prenotati, Bertoldi et Wernheri nostrorum filiorum* omniumque heredum nostrorum, Gerhardus de Modikesen famulus unum mansum cum dimidio manso situm in villa Heynhosen, quem a nobis in pheodo habuit, devote Christi famule abbatisse et ecclesie sanctimonialium in Beringehusen rite vendidit et consulte, quam quidem venditionem coram nobis factam rationabiliter tamquam coram dominis pheodi arbitramur, rectificamus et presentibus confirmamus, dantes nychilominus domine abbatisse et ecclesie iam dicte dictum mansum integrum cum dimidio cum omni iuris integritate, proprietate ac libertate intra villam et extra villam, omni nostro iure et dominio penitus sequestrato, perpetuis temporibus obtinendum. Acta et decreta sunt hec presentibus testibus infra scriptis videlicet: domino Bertoldo plebano in Brakle, Evarhardo de Mengersen, Hermanno de Coven, Thiderico de Brochosen, Alberto de Immesen, famulis, Conrado Eylberti, et aliis quam pluribus fide dignis, anno Domini M°.CCC°.XI°., feria sexta proxima post Ascensionem Domini salvatoris. Ut autem hec omnia rata et inconvulsa in perpetuum permaneant, presens scriptum dedimus firmiter *nostrorum sigillorum* communitum appensione manifesta.

An Pergamentstreifen in weißem Wachs 1) rundes Siegel Hermanns v. B. kleiner Schild, Helm und Helmzierde; 2) **Siegel Burchards,** wie Abbildung I. Nr. 7; 3) dreieckiges Siegel Werners v. B. drei mit schmalem Querbalken belegte Pfähle.

693. Herzog Albert von Braunschweig verkauft für 105 Mark Silbers dem Comthur und Convent der Brüder vom Orden des Deutschen Hauses (ordinis domus Teutonice Iherosolimitani hospitalis sancte Marie) Recht und Jurisdiktion in Dorf und Feldmark von Lucklum, sowie auch Gericht über Leben und Tod (iudicium sanguinis, vite et membrorum, ita quod de universis hiis iudicabunt, nullo alio iudice super hiis), und fügt hinzu, daß Dorfleute sowohl als Müller kein anderes Gericht (iudicium vulgariter molending nominatum) angehen und von Gefolgschaft (a persecutione hostium vulgariter dicta volge) und andern Diensten frei sein sollen. **Braunschweig 1311 Juli 23.**

Vom Original des Lucklumer Archivs jetzt im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

. . Testes etiam sunt: discreti viri fideles nostri, Iohannes de Hollage, *Ecbertus de Asseborg,* Bertrammus de Veltem, Iordanus de Wenthusen, Ludolfus de Weverlinge, Bertoldus de Veltem, Iohannes de Ampleve, milites, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Bruneswic anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, decimo Kalendas Augusti.

An roth seidenen Schnüren verletztes Siegel in Blechkapsel, deren Verwendung schon gleichzeitig.

694. Albert Bischof, Gerhard Dompropst, Friedrich Domdecan und Capitel der Kirche von

Digitized by Google

Halberſtadt ſchenken an Propſt Johannes, Prior Hermann und den Convent des Johanniskloſters bei Halberſtadt die Martinikirche. **Halberſtadt 1311 Juli 25.**

. . Testes etiam hii existunt honorabiles viri: Gerhardus prepositus, Fredericus decanus antedicti, Iohannes de Dreileve portenarius, Wernerus de Scherembeke, Hinricus de Anehalt prepositus sancti Bonifatii, Gevehardus de Wernigherode, Volradus de Hesnem vicedominus, Hinricus de Heimborch scolasticus, Wernerus de Wanzleve camerarius, Burchardus de Czeghenberch, *Borchardus de Moringhen*, magister Iohannes Felix thesaurarius et Heydenricus Aries, ecclesie nostre canonici, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Halberstat in nostro capitulo anno Domini M.CCC.XI., in die beati Iacobi apostoli.

Gedr.: Schmidt, UB. d. Stadt Halberstadt I, 261. Nr. 336. (von im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg s. r. S. Iohann. 74 befindl. Orig.? oder Abſchr.).

695. Herzog Albrecht von Braunſchweig bekundet, daß der verſtorbene Braunſchweiger Bürger Conradus de Cancello den in der Stiftskirche St. Cyriaci daſelbſt erbauten Altar mit 8 Talenten Braunſchw. Denare Rente dotirt habe. **1311 Auguſt 27.**

Vom Original im Herzogl. Braunſchw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Cyriaci).

Zeugen: dominus Bertoldus de Godenstede decanus, Bertoldus de Honlaghe sacerdos, canonici ecclesie Montis sepedicti, Iohannes de Honlaghe, *Ecbertus iunior* [1]), Bertrammus de Veltum, milites; Hermannus et Conradus fratres dicti Holtnickeri, Henricus Elye. Datum anno Domini M°.CCC°. undecimo, sexto Kalendas Septembris.

Siegel von roth ſeidenen Fäden abgefallen. [1]) Ohne Zweifel de Asseburg wie miles in Nr. 555.

696. Friedrich Edler von Everſtein genehmigt, daß dem Kloſter Katelnburg das Eigenthum gewiſſer Güter (16 Hufen und 1 Mühle in Wachenhuſen) von Otto und Ludwig Grafen von Everſtein übertragen worden. **1311 November 3.**

Nach Copial des Kl. Katelnburg aus XV. Jahrh. p. 8. im Herzogl. Braunſchw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

. . Et quia proprio careo sigillo, presens scriptum sigillo nobilis viri domini de Buren dicti de Wivelesburch, mei consanguinei, duxi roborandum. Datum feria quarta post omnium sanctorum, anno Domini M°.CCC°.XI°., presentibus loco et nomine testium huius rei: Hinrico nobili de Buren et *Burchardo de Asseburch milite* aliisque multis.

697. Ritter Burchard von der Aſſeburg verkauft unter Zuſtimmung **ſeiner Gemahlin Agnes und ſeiner Kinder Burchard Domherrn, Egbert Canonikus am Buſtorf zu Paderborn, Johann Canonikus an St. Peter in Höxter, Bertold, Werner und Sophia** dem Pleban Heinrich von Erkeln die von dem Grafen von Pyrmont lehnrührige Vogtei über die dortige Kirche für 40 Mark Denare. **Brakel 1311 November 20.**

In nomine Domini amen. *Nos Burchardus de Asseburg miles* notum facimus presentibus et futuris, quod cum voluntate et expresso consensu *domine Agnetis nostre uxoris, Burghardi canonici maioris, Egberti canonici sanctorum Petri et Andree apostolorum Paderburnensium, Iohannis canonici sancti Petri Huxariensis ecclesiarum, Bertoldi et Wernheri filiorum nostrorum et Sophie filie nostre* et omnium eorum, quorum ad hec consensus fuerat merito requirendus, vendidimus Henrico plebano in Erclen et ecclesie sue eiusque successoribus perpetuo advocatiam seu ius advocatie, quam et quod habuimus in ecclesia et eius dote ac bonis universis et singulis ipsius in villa eadem vel extra villam sitis ubicunque, ita quod nos seu nostri heredes ratione advocatie predicte nullam exactionem, nullam petitionem, nullum ius

Digitized by Google

omnino retinebimus nec de cetero usurpabimus in bonis ecclesie predicte aut hominibus ea colentibus in futurum, sed ab omni exactione, petitione et angaria eadem ecclesia cum suis dote et bonis libera perpetuo permanebit. Hanc vero advocatiam a nobis et ab heredibus nostris emit prefatus Henricus pro salute anime sue, et ut ipsius memoria a suis successoribus iugiter peragatur ibidem, pro quadraginta marcis denariorum Bracle et Huxarie legalium, quas nobis recognoscimus esse numeratas, traditas et integraliter persolutas. Predictam insuper venditionem fecimus cum approbatione, consensu et ratihabitatione domini Hermanni comitis et Hildeboldi domicellorum fratrum de Perremunth et heredum eorundem, a quibus advocatiam predictam in feudo habuimus, et cum ratihabitatione, consensu et confirmatione venerabilis domini nostri Roperti abbatis et conventus ecclesie Corbeyensis, ad quos eiusdem advocatie proprietas dinoscitur pertinere. Ut autem hec nostra venditio rata permaneat et inviolabiliter observetur, nos una cum nostris heredibus ipsam fideliter attendere et servare promittimus bona fide et ad certitudinem ampliorem presentem litteram desuper conscriptam *nostro sigillo et sigillis domini Bertoldi prepositi ecclesie orientalis in Paderborne, fratris nostri,* atque consulum civitatis Bracle dedimus et dare obtinuimus publice roboratam. Nos vero *Bertoldus prepositus* predictus et Segehardus Ruti, Bertoldus de Ermwordessen, proconsules, Albertus Volquini, Iohannes de Benninchusen, Nicolaus de Monte, Theodoricus de Voltessen et Volgmarus, consules in Bracle, prefate venditioni et emptioni presentes interfuimus, vidimus et audivimus, quod supradicti *domini Burchardi filii* et heredes in premissis omnibus consenserunt et ad ipsius et eorum requisitionem atque preces sigilla etiam nostra presentibus apponi fecimus pro testimonio et perpetua notitia omnium predictorum, presentibus: Bertoldo plebano in Brakle et Albrone monacho dicto de Etlen, Frederico de Immessen, Hermanno de Coven, Godefrido de Modekessen et Henrico de Osthem, famulis, *castellanis in Hindeneburg,* Everhardo de Mengersen, Bernhardo dicto van den Wanden et pluribus fide dignis. Actum et datum in civitate Brakle, XII°. Kal. Decembres, anno Domini M°.CCC. undecimo.

Gedr.: Falke, Cod. tradit. Corbei. p. 602.

698. Hermann Graf von Pyrmont bekundet und bestätigt den Verkauf der Vogtei über die Kirche in Erkeln Seitens **Ritters Burchard von der Asseburg** an den dortigen Pleban Heinrich. **1311 November 20.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Abtei Corvey Nr. 1308.

Nos Hermannus Dei gratia comes de Peremunth notum facimus presentibus et futuris, quod cum voluntate et expresso consensu Hildeboldi fratris nostri, domine Lutgardis uxoris nostre, Godescalci filii et Beatricis ac Iutte filiarum et heredum nostrorum, et omnium eorum, quorum consensus ad hec fuerat merito requirendus, *Borghardus de Asseburgh miles* et sui heredes vendiderunt Henrico plebano in Erclen suisque successoribus perpetuo et ecclesie ibidem advocatiam seu ius advocatie, quam et quod a nobis et nostris heredibus in feudo habuerant in predicta ecclesia et eius dote et ceteris bonis ecclesie in villa Erclen vel extra villam sitis ubicunque, ratam habentes vendicionem huiusmodi et eam presentibus approbantes. Et ut huic ecclesie et eius rectoribus plene et perpetuo caveatur, advocatiam prefatam, quam de manibus predicti *Borghardi militis* et suorum heredum recepimus et acceptavimus resignatam, venerabili domino nostro Roberto abbati et ecclesie sue Corbyensi, a quibus ipsam in feudo tenuimus, tamquam feudi huius domino principali, una cum nostris heredibus resignamus et renunciamus per presentes. Hanc resignationem ad usus et ad utilitatem ecclesie in Erclen facimus, ut onera huius

Digitized by Google

advocatie per gratiam venerabilis domini Roberti abbatis et sue ecclesie Corbyensis tollantur et ecclesia in Erclen, advocatie et angariarum, onere sublato, ut bonis suis perpetua gaudeat libertate. Renunciamus eciam omni iuris auxilio, que sive de iure sive de facto nobis contra premissa possent aliqualiter suffragari, et ea fideliter adtendere et observare promittimus bona fide. Testes presentes fuerunt: nobiles viri Albertus et Henricus eius filius comites de Svalenberg, *Bertoldus filius Borghardi militis de Asseburgh* et Everhardus de Mengersen, famuli, et plures alii fide digni. In testimonium et perpetuam noticiam omnium premissorum presentem literam ecclesie Corbyensi et ecclesie in Erclen dedimus nostri sigilli munimine roboratam. Datum et actum XII°. Kalend. mensis Decembris, anno Domini M°.CCC°°. undecimo.

Siegel sammt Befestigung ab.

699. **Ritter Burchard von der Asseburg genannt der Lochte** verkauft den Brüdern vom Deutschen Orden in Lucklum seine Antechte an 2 Hufen nebst 2 Höfen zu Lucklum, nämlich einen Jahrzins von 16 Schillingen, die Vogtei und die dem Vogte von den Hörigen zu leistenden Dienste, sowie einen Hof neben dem Lucklumer Kirchhofe. **1311 November 21.**

Vom Original des Lucklumer Archivs jetzt im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

Quia propter temporis diuturnitatem et humane conditionis fragilitatem geste rei veritas multociens calumpniam patitur, expedit, ut processus negotiorum sub scripture testimonio posteris relinquatur. Hinc est, quod *ego Borchardus miles dictus de Asseborch agnomine Lochte* notum esse cupio presentibus et futuris, quod religiosis viris fratribus hospitalis sancte Marie Teuthonicorum Ierusalem habitantibus in Luckenheym vendidi omne ius, quod habui in duobus mansis in campo ibidem sitis et in duabus areis ad eosdem mansos pertinentibus, videlicet XVI solidos Brunsvicensium denariorum annue pensionis et advocatiam cum universis servitiis, que ab hominibus solent fieri advocatis. Item vendidi antedictis fratribus unam aream in pago Lukenheym iuxta cimiterium sub iuriditione predictorum fratrum sitam, nichil iuris michi aut heredibus meis tam in hac area quam in predictis areis et mansis cupiens de cetero vendicare. Volo etiam iam sepedictos fratres ab omni inpetitione, que super premissis bonis oriri poterit, eripere, et quotiens et quando requisitus fuero, warandare. Ut autem hec predicta rata et inconvulsa permaneant, dedi prefatis fratribus presens scriptum *sigilli mei* munimine roboratum. Huius rei testes sunt: Ludolfus famulus nobilis de Werberche, cuius sigillum etiam presenti pagine in testimonium est appensum, et dominus Balduwinus de Dalum et dominus Bertrammus de Veltheym, strennui milites, et quam plures alii fide digni. Datum et actum anno Domini M°.CCC°.XI°., in vigilia beate Cecilie virginis.

An Pergamentstreifen beide Siegel unversehrt; **das Burchards des Lochten,** wie Abbildung 15.

700. **Ritter Burchard von der Asseburg genannt der Lochte** resignirt Herzog Albert von Braunschweig 2 Hufen und Höfe in Lucklum zu Gunsten der Brüder des Deutschen Ordens daselbst. **1311 November 21.**

Vom Original des Lucklumer Archivs jetzt im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

Illustri principi domino Alberto duci in Brunswic *B(orchardus) miles dictus de Asseborch agnomine Lochte* obsequiosam ad omnia beneplacita voluntatem. Vestre precellenti nobilitati duos mansos in campo Luckenheym sitos, cum duabus areis ad eosdem mansos pertinentibus ibidem, ad manus religiosorum virorum fratrum hospitalis sancte Marie Teuthonicorum in Ierusalem etiam ibidem habitantium, cum

Digitized by Google

tali iure, quo eos a vestra gratia in feodo hactenus tenui, resigno in hiis scriptis, nichil iuris michi sive heredibus meis tam in mansis quam in areis predictis de cetero cupiens vendicare. In cuius resignationis evidens testimonium *sigillum meum* una cum sigillo strennui militis domini Balduwini de Dalem presenti littere est appensum. Acta sunt hec anno Domini M°.CCC°.XI°., in vigilia Cecilie virginis.

An Pergamentstreifen zwei unverletzte **Siegel**, 1) **das Burchards des Lochten**, wie Abbildung 15, 2) Umschrift: S. Balduini de Wendhen.

701. Herzog Albert von Braunschweig schenkt den Brüdern vom Deutschen Orden in Lucklum die vom **Ritter Burchard von der Affeburg genannt dem Lochten** resignirte Vogtei über 2 Hufen und Höfe daselbst. **Braunschweig 1311 November 22.**

Vom Original des Lucklumer Archivs jetzt im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

In nomine Domini amen. Dei gratia Albertus dux in Bruneswich omnibus in perpetuum. Ne ea que aguntur in tempore, simul labantur cum tempore, necesse est, ut scripturarum testimonio perhennentur. Notum igitur sit universis presentibus et futuris, quod nos accedente consensu Ottonis, filii nostri, advocatiam duorum mansorum sitorum in campis ville Luckunum et duarum arearum ibidem ad eosdem pertinentium cum omni iure, sicut *strennuus miles Borchardus de Asseborch dictus Lochte* a nobis in pheodo tenuit et ad manus nostras libere resignavit, donamus et appropriamus religiosis viris fratribus hospitalis sancte Marie Teutonicorum in Ierusalem commorantibus in Luckunum pro salute animarum nostre et nostrorum parentum proprietatis titulo perpetuis temporibus possidendum. Ne igitur hoc factum nostrum alicui vertatur in dubium, damus predictis fratribus presens scriptum nostri sigilli robore communitum. Testes huius sunt: *Ecbertus de Asseborch*, Bertrammus de Veltum, Bertoldus de Veltum, Florinus de Dalum, milites nostri, aliique quam plures. Datum et actum Bruneswic anno Domini M°.CCC°.XI°., in die beate Cecilie virginis.

An roth seidener Litze vortrefflich erhaltenes Siegel.

702. Herzog Albrecht von Braunschweig gibt dem Kloster Riddagshausen ihm zustehende Hälfte des Eigenthums aller Güter im kleinen Dorfe Alrem. **1311 November 22.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. Riddagshausen).

Zeugen: fideles nostri Bertrammus de Velthem, *Ekbertus de Asseborch et filius eius Borchardus*, Iohannes de Honloghe et filius eius Iohannes, milites. Datum anno Domini M°.CCC°. undecimo, decimo Kalendas Decembris.

An roth seidenen Faden Bruchstück des Siegels. Alrem wüst bei Peine.

703. Herzog Albrecht von Braunschweig verkauft dem Kloster Riddagshausen gegen Erlaß bestimmter Schuldsumme und für 20 Mark baaren Geldes die Vogtei über Meerdorf und die Hälfte des Eigenthums an 2½ Hufen im dortigen Felde. **1311 November 22.**

Von doppelten Originalen im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. Riddagshausen).

. . Testes: fideles nostri Bertrammus de Velthem, *Ekbertus de Asseborch et filius eius Borchardus*, Iohannes de Honloghe et filius eius Iohannes, Iohannes de Ampeleve, Bertoldus de Velthem, Ludolfus de Honloghe, milites. Datum anno Domini millesimo CCC°. undecimo, decimo Kalendas Decembris.

An beiden Ausfertigungen die Siegel an roth seidenen Fäden.

Digitized by Google

704. Hermann von Gowiſche verkauft dem Kloſter Frankenberg für 5 Mark das Eigenthum einer Hufe in Aſſveld, welches er von **Ritter Burchard genannt von der Aſſeburg dem Langen** käuflich erworben. **1311 December 6.**

Nach Copial des Kloſters Frankenberg aus 2. Hälfte XVI. Jahrh. fol. 23b. im Herzogl. Braunſchw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

Universis Christi fidelibus, quibus presens scriptum videre contigerit vel audire, Hermannus dictus de Guwische promptam ad beneplacita voluntatem. Quoniam que aguntur in tempore per discessum temporis cogit labi oblivio memorie innata, dignum ea scripture testimonio commendari. Sciant igitur presentis et futuri temporis universi fideles, quod proprietatem unius mansi siti in campo Astfeldt, pront mihi plenarie a *Borchardo milite dicto de Asseborch Longo* cum omni iure et utilitate tam in villa quam in agris, pratis, silvis, pascuis et aquarum decursibus sub emptionis titulo liberam comparavi, ita nunc vendidi domino preposito Alexandro et conventui in Frankenberch pro quinque marcis puri argenti perpetuis temporibus possidendam taliter, quod nec ego nec heredes mei veri, quos nunc non habeo, si Dominus ut opto in rerum natura donaret, deinceps contra dictam ecclesiam et conventum de hac proprietate dicti mansi ullam habebimus actionem nec faciemus, sed eiusdem ecclesie et conventus contra quoslibet de his bonis iusti erimus warandatores. Insuper adiicio et concedo, ut, si prepositus predicte ecclesie et conventus cum aliquo advocatie nostre pertinenti concambium arearum, pratorum, agrorum facere volent, ex utraque parte libere poterint et absolute, dummodo ius advocatie nostre in valore, longitudine et latitudine non minuetur. Testes sunt: Arnoldus thesaurarius ecclesie apostolorum Simonis et Iude, et Anno frater meus, canonicus eiusdem ecclesie, Iohannes de Barum, Sigfridus Scap, Hilbrandus de Bokenem, cives Goslarienses, et alii plures. In huius rei testimonium sigillo meo est presens littera consignata. Datum anno Domini M.CCC.XI., in die beati Nicolai.

705. Theodorich Confirmirter, Conrad Decan und Capitel der Kirche zu Paderborn bekunden, daß **Bertold (von der Aſſeburg) Propſt von Busdorf** (ecclesie orientalis) den vierten Theil des Zehnten in Brakel mit dem 4. des kleinen Zehnten (decime minute que in vulgari dicitur aftom), einſt an Junker Otto von Everſtein von genannter Kirche für 50 Mark Silbers verpfändet, von dieſem für dieſelbe Summe wiedergekauft habe, und die Einkünfte jetzt genießen ſolle vorbehaltlich des Rechts, daß jeder Biſchof denſelben wiederkaufen könne. **1311.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münſter, Busdorf Nr. 63.

An rothen Seidenfäden in grünem Wachs Klektenſiegel Theodorichs, wie Abbild. Weſtfäl. Siegel II, 1. Taf. 49. 5, und rundes des Capitels.

706. Auszug aus Biſchöflich Halberſtädtiſchem Lehns-Regiſter. **1311.**

Hec sunt bona pheodalia ecclesie et episcopi Halberstadensis scripta anno Domini M°.CCC°.XI°., tempore venerabilis in Christo patris domini Alberti episcopi, nationis de Anehalt, per Iohannem decanum ecclesie sancti Bonifatii Halberstadensis, capellanum domini predicti: . . . *Borchardus et Borchardus de Asseborg* tenent in pheodo: decimam in Remmelinge, decimam in Scimmenstede, allodium in Hedeber et III mansos ibidem, decimam in Stenem, III mansos in Todingerode cum suis pertinentiis, curiam in Horneborch cum suis pertinentiis, quod dicitur borchlen, et XI mansos in Lechede . . . *Ecbertus miles de Asseborch:* castrum Lechede et ius patronatus ecclesie ibidem, *cum patruelibus suis* dimidiam decimam in Zimmenstede, item j decimam in Vansleve. Cetera nominabit.

Gedr.: Riedel, Cod. dipl. Brandenb. A. XVII, 441. (Vom Or. im Kgl. Staatsarchiv zu Magdeburg).

Digitized by Google

707. Herzog Albrecht von Braunſchweig und Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg vereinigen ſich wegen des Präſentationsrechts zu den Präbenden des Blaſiusſtifts in Braunſchweig, auf Grund des von ihren Räthen, unter denen **Ritter Ekbert von der Aſſeburg,** abgegebenen Ausſpruchs. **Braunſchweig 1312 Januar 2.**

Vom Original im Herzogl. Braunſchw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Blasii).

In nomine sancte et individue Trinitatis. Dei gratia Albertus dux in Brunswich et eadem gratia Otto dux ibidem et in Luneborch omnibus in perpetuum. Memoria hominum consulte iuvatur, dum geste rei veritas litterarum testimonio roboratur. Hinc est, quod notum esse volumus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod, cum super iure presentandi ad prebendas ecclesie sancti Blasii in Brunswich alternatim nos contingente controversia et dissensio fuerat sepius inter nos exorta, nos volentes tam nobis quam nostris heredibus ac successoribus huiusmodi controversie occasionem et materiam penitus abolere, commisimus concorditer fidelibus nostris, videlicet domino Eckehardo custodi ecclesie sancti Blasii predicte et Paridamo de Knesbeke, Iohanni de Honlaghe et *Ecberto de Asseborch,* militibus, ut sub debita nobis fide investigarent, ad quem nostrum secundum alternitatis ordinem spectaret presentatio trium prebendarum tunc vacantium per mortem pie recordationis dominorum Ludolfi de Wenden, magistri Henrici Holtnickeri ac Bernardi de Meynerse, canonicorum quondam ecclesie supradicte. Prenominati igitur fideles nostri consiliarii diligentius examinantes ac per se et alios investigantes, tam per litteras presentationum, quam etiam per personas presentatas invenerunt evidenter, quod magister Henricus predictus per nos Albertum et Henricum, fratrem nostrum accedente ad hoc consensu nostri Ottonis ducis predicti, fuerat presentatus et post hec Wasmodus de Knesbeke per nos Ottonem, accedente ad hoc consensu nostri, videlicet Henrici et Alberti, fuerat presentatus eademque presentatione receptus et sic presentatio ad prebendam per mortem domini Ludolfi de Wenden vacantem, servata alternitatis vicissitudine, spectaret ad nos Henricum et Albertum et presentatio ad prebendam quondam magistri Henrici predicti spectaret ad nos Ottonem ducem sepedictum et presentatio ad prebendam quondam domini Bernardi de Meynersem predicti spectaret ad nos Henricum et Albertum et ad nos Ottonem presentatio ad proxime vacaturam. Hanc igitur alternam presentandi vicissitudinem approbantes, ipsamque tam a nobis quam a nostris successoribus inmutabiliter observandam decernentes, ad omnem dissensionis et controversie materiam ex nunc penitus amputandam concorditer ac diffinite duximus in perpetuum statuendum, quod per nullam presentationem per nos et successores nostros factam ad prebendas aliarum ecclesiarum vel ad aliqua alia beneficia aut etiam ad ipsas preposituras umquam quoquomodo debeat aut valeat immutari, adicientes et observandum decernentes, quod, si forsan nos vel successores nostros ad aliquam vacantem prebendam contingeret simul aliquos presentare, tunc quemcunque decanus et capitulum ecclesie predicte dixerint illa vice presentandi ius habere, presentatus a tali prebenda ipsam, ad quam presentatus est, obtinebit et eundem decanus et capitulum recipient et eligent ac canonice installabunt sine omni indignatione et ingratitudine reliqui nostrum, cui etiam eo ipso ascribitur et acquiritur ius presentandi ad prebendam proxime vacaturam. Obligantes itaque nos volentesque successores nostros esse immutabiliter obligatos ad observandum alternam vicissitudinem presentandi ad prebendas ecclesie sepedicte sub forma premissa, sigilla nostra pro nobis et nostris successoribus et nos Albertus tam pro nobis quam pro fratre nostro predicto, cuius voluntatem et consensum super singulis premissis in nos recipimus, et pre-

Digitized by Google

sentibus duximus apponenda. Actum Bruneswich anno Domini M°.CCC°. duodecimo, IIII°. Nonas Ianuarii.

An roth seidenen Fäden beide Siegel.

708. Abt Ruprecht von Corvey bestätigt den Verkauf der Vogtei über die Kirche in Erkeln Seitens **Ritter Burchards von der Asseburg** an den dortigen Pleban Heinrich. **Corvey 1312 Januar 13.**

Ad perpetuam rei memoriam. Nos Robbertus Dei gratia abbas, Krafto prior et conventus ecclesie Corbeiensis, ordinis sancti Benedicti, notum facimus presentibus et futuris, quod Henricus rector in Erclen advocatiam ecclesie et dotis ipsius in Erclen, quam *Burghardus miles de Asseburgh* et sui heredes a nobili Hermanno comite de Permunth et idem Hermannus et sui heredes a nobis et ab ecclesia Corbeyensi in feudo tenuerant, iusto ab eis emtionis titulo comparavit, ita quod idem *Borghardus* pro se et suis heredibus prefato comiti et comes ipse ac Hildeboldus eius frater pro se et eorum heredibus huius advocatie feudum et utile dominium nobis ad utilitatem ecclesie in Erclen resignarunt voluntarie publice et patenter. Nos vero attendentes prefati Henrici piam voluntatem, prefatam resignationem ratam habuimus atque firmam et cum unanimi consilio et uno consensu proprietatem talis advocatie ecclesie in Erclen perpetuo tribuimus et donamus et volumus ipsam ecclesiam, eius dotem et omnia bona eius in villa et extra sita ubicunque, tam habita quam etiam habenda, atque homines eadem colentes ab omni advocatie onere et ab omni angariarum et perangariarum turbatione immunes existere et gaudere jure et commodo perpetue libertatis. In huius nostre donationis et libertatis robur perpetuum presentes litteras nostris sigillis dedimus roboratas. Datum Corbeie Idus mensis Ianuarii, anno Domini M°.CCC°. duodecimo.

Gedr.: Falke, Cod. tradit. Corbei. p. 603.

709. Herzog Albrecht von Braunschweig bestätigt dem Augustinerkloster Schöningen 14 von ihm angekaufte Hufen in den Feldern von Heierstorf nebst Kirchenpatronat und einer Hofstätte. **1312 Januar 21.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Laurencii).

. . Huius rei testes sunt strenui et honorabiles viri: *Hecbertus de Asseburch*, Bertrammus de Veltem, Iohannes de Ampeleve, Olricus de Suntstede, Ludolfus de Borchtorp, et alii quam plures fide digni. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, XII. Kalendas Februarii.

An gelben und rothen Seidenfäden stark beschädigtes Siegel. Gedr., nicht getreu: Falke, Cod. tradit. Corbei. S. 789. Nr. 66. (ex autogr.).

710. Propst, Äbtissin und Convent des Nonnenklosters St. Odalrich (Gokirche) in Paderborn übertragen wegen der vielen ihnen von **Bertold von der Asseburg, Propst von St. Peter und Andreas** daselbst, erzeigten Wohlthaten, dem Hospital ein steinernes Haus. **1312 Januar 26.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Paderborn.

Nos Henricus prepositus, Hildegundis abbatissa, totusque conventus sanctimonialium monasterii Othelrici Paderbornensis tenore presencium recognoscimus et notum facimus universis, quod ob favorem et specialem dilectionem *honorabilis viri domini Bertoldi dicti de Asseborch, prepositi ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree Paderbornensis*, et ex beneficiis multis nobis et hospitali sancti

Digitized by Google

Nicolai siti prope valvam wlturis in civitate Paderbornensi ab ipso inpensis, dimisimus et in hiis scriptis dimittimus debilibus et infirmis dicti hospitalis domum lapideam quam inhabitant, curia nostra et capella ibidem penitus exclusis, quiete pacifice et libere perpetuo possidendam, ita quod de ipsa domo disponere et ordinare valeant pro omni eorum commodo et utilitate, fructus etiam, si quos inde percipere poterunt, ad usus eorum retinebunt nec de illis alicui respondere quam semet ipsis tenebuntur. Statuimus insuper et approbamus, quod prepositus nostri monasterii, qui pro tempore fuerit, et rector cappelle predicte ac duo de consulibus, quos consules civitatis Paderbornensis ad hoc elegerint, infirmos, cum tempus se optulerit, recipient et colligent ad domum sive hospitale supradictum, qui duo consules etiam predictis debilibus et infirmis de fructibus et redditibus eorum ac aliis emolumentis fideliter providebunt. In cuius testimonium et maiorem evidentiam presentem litteram sigillis nostris una cum sigillis *honorabilis viri domini Bertoldi prepositi sancti Petri* predicti et civitatis Paderbornensis fecimus roborari. Et *nos Bertoldus prepositus* et consules civitatis Paderbornensis predicti ad requisitionem et consensum prepositi, abbatisse et conventus sanctimonialium monasterii sancti Othelrici Paderbornensis *sigilla nostra* in testimonium apponi fecimus huic scripto. Actum et datum in crastino conversionis beati Pauli, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo.

An Pergamentstreifen in bräunlich-gelbem Wachs: 1) kleines rundes Siegel Propst Heinrichs; 2) ovales der Äbtissin, Frauengestalt mit Zweig und Buch; 3) großes rundes **Propst Bertolds** wie Abbild. 11[a]; 4) großes Siegel der Stadt Paderborn.

711. Baldewin Ritter genannt von Dalem und von Wenden verkauft mit Genehmigung seiner Söhne Ludolf und Heinrich dem Kloster Riddagshausen 2 Hufen und 2 Hofstellen in Wobeck, welche er vom Knappen Johann Knipping tauschweise erworben hat, für 30 Mark Silbers. **1312 Februar 8.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. Riddagshausen).

Zeugen: nobilis vir Ludolfus de Werberghe, *Ekbertus de Asseburch*, Lodewicus de Wantsleve, Iohannes de Ampcleve, milites; Iohannes Knippinc predictus, Hildebrandus et Cesarius fratres eiusdem, Iordanus de Slistede, famuli. Datum et actum anno Domini M°.CCC°. duodecimo, sexto Ydus Februarii.

An Pergamentstreifen unbeschädigtes Siegel.

712. Die Brüder Heinrich und Friedrich von Alvensleben, Ritter, schenken mit Genehmigung ihrer Söhne Gebhard und Heinrich der Kirche in Hoben-Neinstedt das Eigenthum an einem bei dem Kirchhofe daselbst belegenen Hofe, welchen Bernard Gegreve, Einwohner daselbst, von ihnen zu Lehn getragen und jener Kirche gegen einen anderen Hof daselbst abgetreten habe. **1312 Februar 26.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Blasii).

Zeugen: plebani ecclesiarum Sifridus in Beyerstede, Iohannes in Watenstede, Conradus in Iggleve; Baldewinus de Dalem, *Borchardus de Asseborch dictus Lochte*, milites; Hudze noster advocatus. Datum anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, quarto Kalendas Marcii.

An roth seidenen Fäden 1) beschäd. Siegel Heinrichs; 2) das Friedrichs. Gedr.: v. Mülverstedt, Cod. dipl. Alvensleb. I, 185. Nr. 346. (v. Orig.).

713. Ritter Bertram von Veltheim bekennt für 27 Mark 1½ Hufen in Watzum aus zwei Höfen, Hofstelle und Wiese bestehend, dem Kreuzkloster auf dem Neuenberge

Digitized by Google

verkauft und Herzog Albrecht von Braunſchweig reſignirt zu haben. **Braunſchweig 1312 Mai 22.**

Vom Original im Herzogl. Braunſchw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Crucis).

Zeugen: honesti viri *Ecbertus de Asseborch*, Ludolfus de Weverlinghe, Ludolfus frater meus, et Bertoldus de Velthem patruelis meus, milites; Hermannus Holtnicker, Iohannes Felix, Bertrammus de Dampmone, Iordanus Stapel et Thidericus Thuringhus, burgenses in Bruneswich. Datum ibidem anno Domini M°.CCC°. duodecimo, XI°. Kalendas Iunii.

An roth ſeidenen Fäden unverletztes Siegel.

714. Herzog Albrecht von Braunſchweig ſchenkt dem Kreuzkloſter auf dem Nennelberge das Eigenthum an anderthalb von Ritter Bertram von Veltheim erkauften Hufen in Wahum. **Burg Wolfenbüttel 1312 Mai 22.**

Vom Original im Herzogl. Braunſchw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Crucis).

Zeugen: honesti viri *Ecbertus de Asseborch*, Ludolfus de Weverlinghe, Ludolfus et Bertoldus de Velthem, milites; Hermannus Holtnicker, Iohannes Felix, Iordanus Stapel, Bertrammus de Dampmone et Thidericus Thuringhus, burgenses in Bruneswich, fideles nostri. Datum in castro Wlferbutle anno Domini M°.CCC°. duodecimo, XI°. Kalendas Iunii.

An roth ſeidenen Fäden unverletztes Siegel.

715. Graf Otto von Everſtein bekennt, mit Einwilligung ſeiner Söhne Hermann und Otto ſeinem Oheim Hermann von Brakel das Gut zu Wigermiſſe, das zu Rubageſſen, den Zehnten zu Oſtheim unter dem Deſenberg, eine Hufe zu Doſele, drei Hufen zu Wepelde, viertehalb Hufen zu Menne, aufgelaſſen zu haben, Güter welche die von Doſele, die Hartwigge von Schwedekeſſen, die von Tidmanneſſen, die von Nedere von ihnen bis jetzt zu Lehn gehabt haben und jetzt von Hermann von Brakel empfangen ſollen. **1312 Mai 25.**

Nach Copeibuch aller von Papenheim zur Liebenaw fol. 154, aus d. J. 1571 im Beſitz der von Papenheim.

. . Dar is bei gewesen: *Berttold van der Asseborch* unde Wernher von dem Desenberge unde Everhard von Mengerssen unde Hermann van dem Coven, Friederich van Immessen, Lubbert van dem Vorhus, Bertold von Ernwardessen unde ander guiter lude genoch. Datum anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, ipso die beati Urbani martyris.

Schwedekeſſen iſt Schweckhauſen bei Peckelsheim; Tidmaneſſen iſt Ditmarſen oder Deppendöfe.

716. Knappe Werner von Brakel, weiland Ritter Hermanns Sohn, beſtätigt und conſentirt, daß Knappe Eberhard von Mengerſen eine von ihm zu Lehn gehende Hufe zu Holzhauſen bei Himmenburg an das Hoſpital zu Brakel ſchenkt. **1312 Juni 23.**

Von ſehr beſchädigtem Original im Stadtarchiv zu Brakel II, 33.

. . Ad maiorem vero certitudinem presentem paginam sigillis consanguineorum nostrorum, videlicet *domini Burchardi de Asseburg militis*, Hermanni domicelli in Brakle, petii communiri. Nos vero *Burchardus* et Hermannus iam dicti, ad preces Wernheri *nostri consanguinei*, et in testimonium nostri consensus et nostrorum heredum huic scripto *sigilla nostra* presentibus duximus apponenda. Testes huius rei . . et Albertus de Ymmesen famuli, Gotfridus de Modikesen, Henricus de Osthem, Henricus . . Hermannus de Coven, famuli, et alii quam plures fide digni.

Digitized by Google

Acta sive data sunt anno dominice incarnationis M°. trecentesimo duodecimo, in vigilia (beati) Iohannis Baptiste martiris gloriosi.

An Pergamentstreifen in weißem Wachs wohl erhalten: 1) dreieckiges Siegel Werners v. B. drei Pfähle mit schmalem Querbalken belegt; 2) **Siegel Burchards** wie Abbildung I. Nr. 7; 3) dreieckiges Siegel Hermanns v. B. die Pfähle mit breiterem Querbalken belegt.

717. Ritter Burchard genannt von der Aſſeburg und Junker Hermann von Brakel bezeugen, daß ihr Blutsverwandter Werner von Brakel allem Rechte an eine von Eberhard von Mengersen dem Hoſpital in Brakel geſchenkte Hufe in Holzhauſen bei Himmenburg entſage. **1312 Juni 23.**

Vom beſchädigten Original im Stadtarchiv zu Brakel II, 34.

Nos Burchardus dictus de Asseburgh miles et Hermannus domicellus de Brakle universis Christi fidelibus, quibus presens scriptum visum fuerit vel auditum, cupimus fore notum lucide protestando, quod Wernherus de Brakle *noster consanguineus*, filius domini Hermanni de Brakle bone memorie militis, requisito pleno consensu et voluntate unanimi nostrorum *Bertoldi, Wernheri et Iohannis filiorum nostri Burchardi* predicti nec non Ottonis, Wernheri fratrum, mei Hermanni, Alberti mei filii omniumque heredum nostrorum unum mansum situm in H(olt)husen *apud Hindeneburgh*, quem Everhardus de Mengersen famulus ob reverentiam sancti Spiritus et honorem gloriosissime virginis Marie hospitali in Brakle ad (unleſerlich) . ibidem . contulit largiter et donavit, renuntiando de omni iure ac dominio, eundem mansum cum omnibus appendiciis in campis et in silvis intra villam et extra villam, usufructibusque universis appropriavit hospitali . . . vero. . actionem cum voluntate omnium nostrorum ac heredum nostrorum factam ratificamus, cessamus et presentibus confirmamus litteris *sigillis nostris* firmiter roboratis, quibus sigillis nos Otto et Wernherus fratres prescripti contenti sumus. Datum et actum anno Domini millesimo tricentesimo duodecimo, in vigilia beati Iohannis Baptiste martiris gloriosi.

An Pergamentstreifen in weißem Wachs: 1) gut erhaltenes **Siegel Burchards** wie Abbildung I. Nr 7; 2) dreieckiges Hermanns v. B. die Pfähle in der Mitte mit Querbalken belegt.

718. Die Brüder Florin und Albert von Dalum entſagen allem Streite mit dem Ägidienkloſter in Braunſchweig wegen des Kaufpreiſes für demſelben verkaufte Grundſtücke in Salzdahlum. **Braunſchweig 1312 Juli 3.**

Von Transſumt des Raths der Altſtadt Braunſchweig von 1320 im Herzogl. Braunſchw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Egidii).

Zeugen: *Ecbertus de Asseborch*, Bertrammus de Velthem, Iohannes de Ampeleve, Iordanus de Wenthusen, milites; Hermannus Holtnicker, Hermannus Wulverammi, Hermannus de Ursleve, Iohannes Felix, Iohannes et Wedego fratres de Velstidde, Henricus Elie, burgenses in Brunswich. Datum Brunswich anno Domini M°.CCC°.XII°., in die translacionis beati Thome episcopi et martiris.

719. Conrad Ritter, Johannes, Heinrich, Reyner und Bruno Brüder von Stockem bekunden, für 24 Mark Silbers Comthur und Brüdern des Ordens vom Deutſchen Hauſe in Lucklum eine Hufe daſelbſt vogtfrei verkauft und auf alles Recht daran ſowie auch an einem Hofe in demſelben Dorfe, den einſt ihr Vater jenen gegeben, vor Herzog Albrecht von Braunſchweig Verzicht geleiſtet zu haben. **Braunſchweig 1312 Juli 22.**

Vom Original des Lucklumer Archivs jetzt im Herzogl. Braunſchw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

. . Testes etiam sunt: honesti viri *Ecbertus de Asseborch*, Iohannes et Ludolfus

Digitized by Google

de Honlaghe, milites, et plures alii fide digni. Actum et datum Bruneswich anno Domini M°.CCC°. duodecimo, XI°. Kalendas Augusti.

An Pergamentstreifen fünf unverletzte Siegel der Aussteller.

720. Heinrich und Werner Brüder und ihr Blutsverwandter Werner von Blechten, Knappen, verkaufen dem Kloster Hardehausen einen Acker bei Borgentreich. **1312 Oktob. 2.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Kloster Hardehausen Nr. 417.

. . . Testes huius rei sunt: Bernhardus de Brakle miles, Everhardus de Mengersen, Hermannus de Coven, Hermannus de Brune subprior, Henricus de Lippespringe portarius, Detmarus de Fryslaria furnarius, monachi in Hersvidehusen, Fredericus magister hospitii, Gerbodo conversi ibidem. Et quia propriis caremus sigillis, presentem litteram *sigillo domini Burchardi de Asseburgh* inpetivimus communiri. Nos quoque *Burchardus* ad peticionem utriusque partis *sigillum nostrum* huic scripto duximus apponendum in testimonium et robur omnium premissorum. Datum anno Domini M°.CCC°. duodecimo, in crastino Remigii episcopi.

Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

721. Die Knappen von Blechten resigniren einen Acker dem Bischof von Paderborn zu Gunsten des Klosters Hardehausen. **1312 Oktober 2.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Kloster Hardehausen Nr. 418.

Venerabili in Christo domino suo, domino . . Paderbornensis ecclesie episcopo, Henricus, Wernherus et (Wernherus) famuli dicti de Vlechtene cum reverencia tam debitum obsequium quam pergratum. Cum quandam partem agelli apud piscinam inferiorem religiosorum virorum domini abbatis et . . conventus in Hersvidehusen siti eisdem vendidimus, ipsum vobis presentibus resignamus sub hac forma, si vestra gratia eisdem domino . . abbati et conventui eundem agellum dignum duxerit conferendum, presentium litterarum testimonio, quia propriis caremus sigillis, *domini Burchardi de Asseborgh roborato sigillo.* Datum anno Domini M°.CCC°. duodecimo, in crastino Remigii episcopi.

Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

722. Ritter Ludolf von Veltheim schenkt dem Blasiusstift in Braunschweig eine Hufe in Semmenstedt und Hofstelle in Remlingen, früher dem **Ritter Ekbert von der Asseburg** gehörig, vorbehaltlich lebenslänglicher Nutznießung und gegen die Verpflichtung zu seiner Gedächtnißfeier. **1312 November 24.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Blasii).

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolfus de Veltem miles omnibus in perpetuum. Memoria hominum consulte iuvatur, dum geste rei veritas litterarum testimonio roboratur. Hinc est, quod notum fieri cupio universis tam presentibus quam futuris, quod bona et sufficienti deliberatione prehabita cum expresso consensu uxoris mee Mechtildis ac fratris mei Bertrammi militis *sororisque mee Mye* necnon patruelis mei Bertoldi militis et omnium propinquorum meorum, quorum intererat et quorum consensus de iure vel consuetudine ad hoc fuerat requirendus, dedi ac in Dei nomine do per presentes decano et capitulo ecclesie sancti Blasii in Bruneswich mansum unum situm in campis ville Tzymenstede et aream unam sitam in villa Remniggbe, *que quondam fuerat Ecberti de Asseborch militis,* cum omnibus eorum utilitatibus ac pertinenciis universis, villis, silvis, campis, pratis, pascuis, viis ac inviis, ab omni iure advocacie, comicie et qualibet servitute prorsus

Digitized by Google

libera et soluta proprietatis et libertatis tytulo, sicut ego et predecessores mei ipsa pacifice possedimus, perpetuo possidenda et habenda sub hac forma, quod decanus et capitulum predicti censum memorati mansi, videlicet duos choros cum dimidio tritici et totidem siliginis, ac censum predicte aree, scilicet quinque solidos Bruneswicensium denariorum et quinque pullos, recipient singulis annis, representaturi eundem utrumque censum intra civitatem Bruneswich cuicunque ipsum duxero assignandum, assignatione tamen huiusmodi ad vite mee tempora tantum duratura, adiciens, si predictum capitulum in receptione eorundem censuum aliquem habuerit defectum quocunque etiam casu aut eventu, quod ad talis defectus suppletionem nulli tenetur et obligatur me vivente. Post obitum autem meum sepedictum capitulum instituet meum anniversarium missis et vigiliis singulis annis perpetuo pie propter Deum et anime mee salutare remedium confraternaliter peragendum et tunc in karitativam consolationem pro supradictis censibus de bursa sua distribuet triginta solidos et sex denarios inter canonicos et decem et septem vicarios secundum eorum consuetam distributionem totidem solidorum et insuper scolaribus dormitorii unum solidum, campanario vero, camerario ac clavigero cuivis duos nummos. Cum autem uxorem meam predictam obire contigerit, tunc anniversarius cius in anniversarium meum transponetur simul in ipso peragendus perpetuo sub forma anniversarii mei iam premissa. Igitur ut donatio tam mansi quam aree predictorum per me cum consensu meorum predicto capitulo pie ac rite facta perpetuo firma maneat atque rata, sigillum meum pro me et uxore mea una cum sigillis ipsorum duxi presentibus patenter apponendum. Testes etiam sunt: Iohannes de Honlaghe, Iordanus de Wenthusen, Ludolfus de Weverlinghe, Baldewinus de Wendhen, Iohannes de Ampeleve, milites, et plures alii fide digni. Actum anno Domini M°.CCC°. duodecimo, octavo Kalendas Decembris. Nos etiam Bertrammus et Bertoldus milites predicti recognoscimus, quod donationi et translationi mansi et aree predictorum in capitulum predictum consensimus et expresse renunciavimus ac in Dei nomine presentibus pro nobis et nostris renunciamus omni iuri, si quod nobis in eis competebat et competere poterat in futuro, et in huius rei testimonium sigilla nostra pro nobis et nostris presentibus sunt appensa. *Ego* etiam *Ecbertus de Asseborch miles* supradictus recognosco, quod consensum *domine Mye uxoris mee* predicte super donatione et alienatione tam mansi quam aree predictorum ratum habens et approbans renunciavi una cum ipsa pro me et meis omni iuri, quod nobis per eam in ipsis competebat et competere potuisset in futuro. In cuius etiam rei testimonium *sigillum meum* duxi presentibus apponendum anno et die supradictis.

An abwechselnd rother u. grüner Seide an 1. 2. 3. Stelle die Veltheimschen Siegel, Stamm mit seitlich herunter hängenden Blättern; an 4. Stelle rundes **Siegel Ekberts**, frei auf gegittertem Siegelfelde nach rechts gewandter Wolf, wie Abbildung I. Nr. 6.

723. Herzog Albrecht von Braunschweig bekundet, daß vor ihm Heinrich, Sohn weiland Herbords genannt Pape (Clerici), Bürger in Braunschweig, und seine Gattin Gertrud, Tochter weiland Ritters Harnyth Slengherdus, dem Kreuzkloster auf dem Rennelberge 5½ Hufen, 3 Höfe und ½ Hofstelle in Bortveld geschenkt haben, und setzt das Kloster in den Besitz. **Braunschweig 1312 December 23.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Crucis).

Zeugen: Iohannes de Honlaghe, *Ecbertus de Asseborch*, Bertrammus de Veltem, milites; Bertrammus de Dammone, Thidericus Thuringhi, burgenses in Bruneswich. Datum ibidem anno Domini M°.CCC°. duodecimo, decimo Kalendas Ianuarii.

An gelb seidenen Fäden leicht verletztes Siegel. Auszug: Hannover. gelehrt. Anzeig. Nr. 1759 St. 99.

Digitized by Google

724. Heinrich von Bortveld militaris genehmigt, daß seine Blutsverwandte Gertrud, Tochter weiland Ritters Harnyth Slengherdus und Gattin Heinrich Herbords, dem Kreuzkloster auf dem Rennelberge 5½ Hufen, 3 Höfe und ¼ Hofstelle in Bortveld vor Herzog Albrecht von Braunschweig geschenkt hat. **Braunschweig 1312 December 24.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Crucis).

Zeugen: discreti viri Iohannes de Honlaghe, *Echertus de Asseborch*, Bertrammus de Veltem, milites; Hermannus Holtnicker, Bertrammus de Dammone, Thidericus Thoringi, burgenses in Bruneswich. Datum ibidem anno Domini M°.CCC°. duodecimo, nono Kalendas Ianuarii.

An grün seidenen Fäden unverletztes Siegel.

725. Herzog Albrecht von Braunschweig schenkt, da der Comthur von Sachsen des Ordens vom Deutschen Hause seinen Sohn Wilhelm zum Mitbruder aufgenommen, jenen Brüdern die Patronatsrechte über die Kirchen in Watzum (Wattekessen) und Uhrde. **Braunschweig 1313 Januar 31.**

Vom Original des Lucklumer Archivs jetzt im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

. . Testes etiam sunt: discreti viri Heindenricus noster cappellanus, *Echertus de Asseborch et Borchardus filius eius*, Bertrammus de Veltem, milites, fideles nostri et plures alii fide digni. Actum et datum Bruneswic anno Domini millesimo tricentesimo tertio decimo, pridie Kalendas Februarii.

An roth seidenen Fäden unverletztes Siegel.

726. **Ritter Ekbert von der Asseburg** bekennt den Braunschweiger Bürgern Eggeling von Strombeck und Johann von der Heide den vierten Theil des Zehntens in Drütte für 27 Mark verkauft und zu Lehn gegeben zu haben. **1313 Februar 1.**

Vom Original des von Strombeck'schen Lehnsschranks im Stadtarchiv zu Braunschweig.

Ego Echertus de Asseburch miles tenore presencium recognosco, quod honestis viris Ekelingo de Strobeke et Iohanni de Merica, burgensibus in Brunswic, vendidi pro viginti septem marcis puri argenti, Brunswicensis ponderis et valoris, quartam partem decime in Druttedhe, quam Hillebrandus Longus a me in pheodo tenuit, et eandem quartam partem decime iam dicte supradictis burgensibus contuli insto titulo pheodali. Si vero predictus Hillebrandus adhuc viveret, quod ignoro, extunc, si ad partes rediret, debeo predictis burgensibus solvere et reddere pecuniam antedictam, ad *quod me et Borchardum militem, filium meum*, fide data in solidum obligo per presentes, aut cum monitus fuero, civitatem Brunswic una cum predicto *filio meo* intrabo ad iacendum, inde ambo non exituri, quin predicta pecunia eisdem burgensibus aut eorum veris heredibus persoluta fuerit integraliter vel de ipsorum beneplacita extiterit voluntate. In cuius rei evidens testimonium *sigillum meum* duxi presentibus apponendum. *Ego* eciam *Burchardus miles* antedictus una cum *patre meo* ad predicta, secundum quod predicitur, presentibus me obligo et *sigillo suo sum contentus*. Datum anno Domini M°.CCC°.XIII°., in vigilia purificacionis beate Marie virginis.

An Pergamentstreifen Bruchstück anscheinend runden **Siegels Ekberts**, wie Abbildung I, Nr. 6b.

727. **Ritter Burchard von der Asseburg und seine Söhne die Knappen Bertold, Werner und Johann,** sowie Junker Hermann von Brakel bekunden, die Brüderschaft des h. Georg, nämlich die Decane der Gerber- und Schustergilde, habe bestimmt,

Digitized by Google

jeder der in die Hanse eintreten wolle, müsse eine Mark und ein Pfund Wachs zum Licht für den h. Georg entrichten. **1313 März 11.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Brakel.

In nomine Domini amen. Cum ea, que aguntur in tempore, transeant et de facili evanescant, nisi perpetuentur testibus et scriptura, igitur *nos Burchardus dominus de Asseburgh miles, Bertoldus, Wernherus et Iohannes eius filii, famuli* et Hermannus domicellus de Brakle recognoscimus presentibus publice protestantes, quod confraternitas sancti Georii, scilicet . . decani cerdonum et calcificum cum eorum confratribus universis, requisito pleno consensu et favore nostrorum omniumque eorum, quorum ad hoc consensus fuerat requirendus, concorditer statuerunt, et compromiserunt, quod, quicunque alienus, filius eorum confratrum non existens, voluerit acceptare sive intrare confraternitatem sive collegium, quod vulgo dicitur de hanze, eorundem, dominis de Brakle tres solidos, iam dictis . . decanis et confratribus unam marcam denariorum Brakle usualium et duo talenta cere, que vulgo dicuntur punt, ad lumen cereum beati Georii et confraternitatis sit daturus, contradictionibus, dilationibus omnibus plenius sequestratis, filii quoque sepedictorum confratrum in eadem gracia et iure perpetuo permanebunt, in quibus a primordiali fundationis tempore nostri oppidi Brakle exstiterunt. Ne vero aliquis dictum statutum sive pactum infringat vel inposterum se opponere presumat, dictum statutum approbamus, ratificamus et *sigillis nostris* presentibus litteris appensis confirmamus. Actum sive datum anno Domini M°.(CCC.)[1])XIII°., in dominica Reminiscere.

Von den Pergamentstreifen sind die zwei angehängt gewesenen Siegel abgefallen, an den 2. ist in späterer Zeit ein Stück Leder zum Schutze des Siegels angeknüpft. [1]) Loch im Pergament.

728. Theodorich Bischof von Paderborn urkundet über Schlichtung eines Streits zwischen Äbtissin und Convent des Klosters Böddeken und den Clerikern daselbst über die Vertheilung der Präbenden, Einkünfte u. s. w. **Paderborn 1313 April 3.**

Nach Copiarbuch des Klosters Böddeken aus XV. Jahrh., woselbst in doppelter, fast gleicher Abschrift fol. XX[b]. und CCLIX[a]. im Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg.

. . Huic ordinacioni presentes fuerunt: domina Alheydis de Eversteyn abbatissa, Alheydis de Emmere preposita, Elizabeth de Ittere decana, Ermegardis thesauraria, *Sophia de Hindeneborch celleraria*, item Beatrix de Enenhus, Margareta de Lippia, Heylewigis Marscalci, Gertrudis de Elsepe, Cunegundis de Driborch, Cunegundis de Harhusen, Gertrudis de Rodenberg, Iutta de Lippia et Beatrix. Hadewigis de Ettelen et Methildis de Develde, persone conventuales tunc in dicta ecclesia Budicensi existentes. Item Henricus plebanus ecclesie, Hermannus, Reynerus prebendarii, qui eciam sub pena quatuor marcarum argenti puri pro Hinrico de Barchusen prebendario et eorum consocio tunc absente promiserunt, eum predictam ordinationem ratam fideliter habiturum. Aderant eciam testes honorabiles domini: Conradus de Depholte decanus, Georgius thesaurarius, Heydenricus cantor, Ludolfus Marscalci, Wernerus de Patberch, Iordanus dictus Went, Reynerus Crevet, canonici ecclesie Paderbornensis, magister Ludolfus iudex curie nostre, Fredericus nobilis de Eversteyn, et alii quam plures fide digni. Ut autem concors ordinatio predicta perpetuis temporibus in ecclesia Budicensi fideliter observetur, eam auctoritate ordinaria confirmamus et presentis scripti testimonio roboramus, cui ad ampliorem certitudinem et ad perpetuam rei memoriam nostrum sigillum et capituli nostri ad causas, abbatie et conventus in Bodeken, nec non iudicis curie nostre et aliorum prelatorum supradictorum sigilla presentibus sunt appensa. Nos Conradus decanus, Georgius thesaurarius, Heydenricus cantor, Ludolfus Marscalci et

Digitized by Google

magister Ludolfus iudex curie Paderbornensis, rogati a presentibus supradictis, communiter nostra sigilla presenti ordinationi, cui interfuimus presentialiter, apposuimus pro noticia veritatis. Actum et datum Paderborne feria tercia proxima post dominicam Iudica me Deus, anno incarnationis Domini M°.CCC°.XIII°.

Gedr.: Schaten, Ann. Pad. II, 165. — Zeugen: Spilker, UB. z. Gesch. d. Grafen v. Everstein. S. 257.

729. Johann von der Asseburg, Canonicus zu Höxter, und Werner Junker von Brakel willigen in den von ihren Vätern **Burchard von der Asseburg** und Bernhard von Brakel geschehenen Verkauf des Zehntens (in Ilsfendorf) bei Lemgo an Kloster Marienfeld. **1313 April 7.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Kloster Marienfeld Nr. 424.

Nos Iohannes de Asseburgh, canonicus ecclesie Huxariensis, et Wernherus domicellus de Brakle universis Christi fidelibus cupimus fore notum, quibus presens scriptum visum fuerit vel auditum, quod a pignore sive a pandatione, quam fecimus reverendo viro domino . . abbati et . . conventui ecclesie de Campo sancte Marie, sustulimus sive recepimus duas marcas argenti puri, pro quibus marcis impetivimus, incusavimus iam dictam ecclesiam occasione unius decime site apud Lemego, quam domini et patres nostri, videlicet *dominus Burchardus de Asseburgh* et dominus Bernhardus de Brakle milites eidem ecclesie, requisito nostro consensu et voluntate unanimi, libere vendiderunt, quam vendicionem nunc, sicut tunc, videlicet tempore venditionis, approbavimus et ratificavimus, cupimus et volumus ratam et inconwulsam in perpetuum permanere, et quia propriis caremus sigillis, presentem literam sigillis patrum nostrorum predictorum impetravimus firmiter roborari et pro testimonio presens scriptum domini Bertoldi plebani in Brakle et universitatis oppidanorum ibidem sigillis rogavimus communiri. Nos vero *Burchardus* et Bernhardus milites predicti ad petitiones nostrorum filiorum sepedictorum et in testimonium, ratihabitionem et robur omnium premissorum *nostra sigilla* presentibus duximus apponenda. Et nos Bertoldus plebanus in Brakle, Lubbertus de Stenhim, Wilhelmus maior, Henricus de Valhosen, Iohannes de Monte, Iohannes Rufi, Bernhardus de Coven, Wilherus Dives, Henricus de Voltensen, Helwicus de Erwordesen et Lambertus Hertwici, consules oppidi Brakle, nostra sigilla pro testimonio presentibus fore appensa profitemur. Ceteri testes huius rei sunt: Rolandus iudex, Everhardus de Mengersen, Fredericus de Ymmesen, Hermannus de Coven, famuli, et alii quam plures fide digni. Datum anno Domini M°.CCC°.XIII°., in vigilia Palmarum.

An Pergamentstreifen 1) rundes Siegel **Burchards** in weißem Wachs, wie Abbild. I. Nr. 7; 2) ebenso das Bernhards von Brakel; 3) 4) Befestigung und Siegel abgefallen. Vergl. Preuß und Falkmann, Lipp. Reg. II, 70. Nr. 607. Anmerk. 4.

730. Herzog Albrecht von Braunschweig bestätigt dem Kloster Marienthal das Eigenthum an 6 demselben von seinem Bruder Herzog Heinrich geschenkten Hufen in Alverstorf (Algherstorf), sowie an 2 Hufen daselbst, welche das Kloster noch erwerben möge, und endlich an 2 vom Ägidienkloster in Braunschweig erworbenen Hufen ebendaselbst. **Braunschweig 1313 Mai 1.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. Marienthal).

Zeugen: dilecti nobis Baldewinus decanus, Egelbertus de Medinge, canonici ecclesie sancti Blasii in Bruneswic; Iohannes de Honleghe, *Ecbertus de Asseborg,* Bertrammus et Ludolphus de Veltem, milites, fideles nostri. Actum et datum Bruneswic anno Domini M°.CCC°. tercio decimo, Kalendas Maii.

An roth seidenen Fäden unbeschädigtes Siegel.

Digitized by Google

731. Knappe Herbold von Amelunxen, weiland Knappen Herbolds Sohn, schenkt mit Zustimmung Alberts von Amelunxen, Domherrn zu Paderborn, Ottos, Egberts und Kunigundens, Erben weiland Knappen Egberts, seiner Schwester Jutta, Ritter Herbords von Mederike, dessen Gemahlin Elisabeth, seiner Schwester, Diderichs, Herbords, Werners und Heinrichs, ihrer Erben, sowie Hermanns Junkers von Brakel, dessen Gemahlin Gisla, Alberts, Bigas, Gislas und Germodis, ihrer Erben, endlich Bigas von Salha, Wittwe Ritter Alberts von Amelunxen des Ältern, 1/4 des Dorfes Borsloden zum schuldigen Opfer seiner Schwester Regelind an Kloster Gehrden. **1313 Mai 23.**

Nach t. J. 1684 beglaub. Gehrdener Copialbuch fol. 44b. F. 16. im Gräfl. Bocholtz'schen Besitz.

. . Testes huius rei sunt: *Burchardus dominus de Asseburch*, Bernhardus dominus de Brakle, milites, dominus Bertoldus de Brakle plebanus, Hermannus plebanus in Eddessen, Gotfridus de Erwordessen presbiter, Wernherus de Brakle, Everhardus de Mengersen, Fredericus, Henricus, Albertus, fratres de Ymmessen, Walterus de Nathesungen, Conradus eius filius, Olricus de Nedere, famuli, aliique quam plures fide digni. Datum anno Domini M.CCC.XIII., in vigilia ascensionis Domini, honorabili viro Hermanno de Menghersen regente preposituram.

732. Alheid von Eversteín, Äbtissin, und Capitel der Kirche zu Böddeken, machen Bestimmungen über den Präbenden-Antheil der Propstei daselbst. **1313 Mai 29.**

Nach Copiar des Kl. Böddeken aus XV. Jahrh. fol. 260a. im Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg.

. . . Actum et datum feria tercia proxima post ascensionem Domini, anno incarnacionis eiusdem M°.CCC°. tercio decimo, presentibus et mediantibus Alheidi de Eversteyn domina abbatissa, Alheidi de Emmere preposita, Elizabeth de Ittere decana, Ermgardi thesauraria, *Sophia de Asseborgh celleraria*, item Beatrice de Enenhus, Methildi de Develde, Margareta de Lippia, Heylewigi Marscalci, Gertrudi de Elzepe, Cunegundi de Driborch, Cunegundi de Horhusen, Gertrudi de Rodenborch, Iutta de Lippia, Beatrice de Ermwordessen, Hadewigi de Etlen, personis tunc de capitulo ecclesie Budicensis supradicte.

733. Herzog Albrecht von Braunschweig schenkt dem Stift St. Cyriaci vor Braunschweig zu freiem Eigenthume 3 Hufen in der Feldmark des wüsten Dorfes Nendorpe bei Westbiwende, welche Ritter Conrad und Knappe Conrad, Brüder von Gevensleben, gleich ihren Vorfahren besessen und ihm übergeben haben. **1313 Juni 8.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Cyriaci).

Zeugen: Iohannes de Honlaghe, *Egbertus de Asseborch*, milites; Iohannes Felix, Iohannes de Veltstede. Datum et actum anno Domini M°.CCC°. tercio decimo, sexto Ydus Iunii.

Siegel abgefallen.

734. Herzog Albrecht von Braunschweig genehmigt die Stiftung zweier Altäre in der Kirche St. Cyriaci vor Braunschweig durch die Braunschweiger Bürger Johann von Alfeld und Ekbert von Lutter und entsagt dem Patronatsrecht. **1313 Juli 30.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Cyriaci).

Zeugen: discreti viri Iohannes de Honlaghe, *Ecbertus de Asseburch*, Bertrammus de Veltum, Ludolfus de Honlaghe, milites. Datum anno Domini M°.CCC°.XIII°., tercio Kalendas Augusti.

Siegel an rothen Fäden.

Digitized by Google

735. Ritter Burchard der Lange genannt von der Asseburg und seine Gemahlin Sophia geben dem Kloster Walerler eine Hufe in Odorp. 1313 September 29.

Vom Original im Gräfl. Stolberg-Wernigerode'schen Archiv zu Wernigerode s. r. Kl. Walerler.

In nomine Domini amen. *Nos Borchardus miles Longus dictus de Asseborch ac nostra Sophya legitima* omnibus in perpetuum salutem. Ut caduca et transitoria eternentur, convenit ea scripture testimonio perhennari. Hinc est, quod notum esse volumus universis tam presentibus quam futuris presencia visuris seu audituris et publice protestamur, quod propter Deum et ob salutem nostrarum animarum cum bona voluntate et consensu nostrorum heredum et omnium, quorum intererat consentire, dedimus et per presentes damus novo clastro (!) constructo in laudem et honorem sacri et preciosi sanguinis Domini nostri Ihesu Christi eiusdemque matris virginis Marie in Waterlere proprietatem unius mansi siti in Odorpe, quam nos et nostri progenitores habere dinoscimur in eodem, libere, quiete, pacifice perpetuis temporibus proprietatis titulo possidendam, volentes, ut domine seu sorores infirme ibidem languendo decumbentes habeant proventus sive fructus de predicto manso et proprietate eiusdem ad refectionem suorum corporum et ad usus suos necessarios expendendos. Ut ergo nostra donacio firma et inconvulsa a nostris successoribus inviolata in perpetuum perseveret, presens scriptum *nostri sigilli* roboratum munimine predicte ecclesie contulimus in perpetuum testimonium et cautelam. Testes huius rei sunt: dominus Henricus Spirig senior, dominus Fredericus Friso, Ludolfus de Winighestede, milites, et alii quamplures fide digni. Datum et actum anno Domini M°.CCC°. tredecimo, III°. Kalendas Octobris.

Mit **Burchards d. Langen** geldem Wachssiegel wie Abbildung 14. Gedr.: Jacobs UB. v. Walerler. S. 263. Nr. 59, woselbst Taf. X. 73 Siegelabbildung u. S. 587 Siegelbeschreibung. Nur drei eine Mal erscheint Sophia als Gemahlin Burchards des Langen. Sie stammt, wie Urk. Nr. 736 beweist, aus dem Geschlechte der Edlen von Hakeborn. Der Stern als Beizeichen im Siegel Burchards, sowie der Schild mit dem Stern im Siegel des Halberstädter Domherrn Burchards des Jüngeren, seines Sohns, deuten im ersteren Falle auf das Wappenbild der Gemahlin, im zweiten auf das der Mutter. Eine domina Sophia, Tochter Ludwigs v. H., findet sich im Jahre 1297 (v. Heinemann Cod. Anhalt. II, 579. Nr. 830). Ihre Mutter, gleichfalls Sophia, kommt in Urk. Bisch. Volrads v. Halberstadt 1290 Jan. 9 (Schmidt UB. d. St. Halb. I, 187. Nr. 240. u. d. Hochst. Halb. II, 529 Nr. 1552) als uxor domini Lodewici de Hakeborne vor.

736. Albert und Friedrich Edle von Hakeborn ersuchen genannte als Schiedsleute zu erkennen, daß 200 Mark, so von **Burchards des Langen von der Asseburg Vater ihrer Schwester (Sophia)** bei der Vermählung gegeben, zu Nutzen ihrer Kinder verwandt werden. **Wippra ohne Jahr, um 1313.**

Von Abschr. XVI. Jahrh. im Gräfl. von der Asseburg'schen Archiv auf dem Falkenstein.

Nobili viro domino Ludolfo de Werberch nec non strenuis militibus *domino Eckberto de Asseburg* et domino Bertramo de Veltheim Albertus et Fridericus nobiles de Hakeborn amicabilem, sinceram et obsequiosam in omnibus voluntatem. Certos facimus vos a nobilibus dominis amicis nostris et etiam ab hominibus nostris veraciter perscrutasse, cum pater et patruus noster pie memorie *carissimam sororem nostram strenuo militi domino Burchardo de Asseburg Longo dederunt in uxorem*, quod *pater eiusdem sororii nostri*, ut *sororem nostram et pueros suos* honestius et decentius tenere posset, iam dicto *sororio nostro* ducentas marcas puri argenti dedit et assignavit. Unum vos officiosissime exoramus, cum sitis arbitri, quatenus tulit(?) decidatis, ut pecunia donata *sorori nostre et avunculis nostris, pueris*

Digitized by Google

eiusdem ad profectum proveniat et honorem, quod erga vos omni loco et tempore cupimus promereri. Datum Wyppere [1]) dominica Reminiscere.

[1]) Wyssere Abſchrift. — Angereiht an Nr. 735 als einzige Urk., in der Sophia genannt wird.

737. Sophia (von der Malsburg?), Abtiſſin des Stifts Heerſe, überträgt alle Güter, die Knappe Werner von Brakel, genannt von Desenberg, zu Lehn gehabt, auf deſſen Bitten dem **Ritter Burchard von der Aſſeburg und deſſen Sohne Bertold,** ihren Blutsverwandten. **1313 September 30.**

Nos Sophia Dei gratia abbatissa secularis ecclesie Herisiensis universis Christi fidelibus cupimus fore notum, publice protestantes, quod nos omnia bona, que Wernherus de Brakle, famulus, dictus de Desenbergh, a nobis in pheudo habuit et possedit, ab ipso Wernhero recepimus, nobis ultronee resignata, ad preces et instanciam sepedicti Wernheri, *honestis et famosis viris domino Burchardo de Asseburgh militi, domicello Bertoldo eius filio, nostris predilectis consanguineis,* eorumque heredibus eadem bona omnia cum omni iuris integritate ore et manu inpheudando contulimus et porrigimus, nychilominus presentium litterarum testimonio sigilli nostri munimine firmiter subarrhato. Acta et data sunt hec presentibus testibus infrascriptis, videlicet domino Bertoldo et domino Henrico nostre ecclesie canonicis, Conrado plebano sancti Iustini, Iohanne plebano in Herisia, Iohanne plebano in Egwordesen, nostris capellanis, et aliis quam pluribus fide dignis. Anno Domini M°.CCC°.XIII°., in crastino beati Mychaelis archangeli.

Gedr.: Wigand, Archiv für Geſch. und Alterthumsk. Weſtph. I, 1, 92. — Unvollſtändig: Neue Mitth. des Thüring. Sächſ. Ver. III, 4, 24. — Erwähnt: Spilcker, Evertsein, S. 257 (Auez. v. Orig.).

738. Herzog Heinrich von Braunſchweig verkündet einen Rechtsſpruch von 1306, Juli 25, wonach Wedekinds von Harlingsberg Wittwe Adelheid von Brunsrode bei ihrem Leibgedinge gegen Anſprüche der von Gowiſche geſchützt werden ſolle. **1313 Okt. 17.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Goslar.

Willekinus et fratres sui pro dampnis, que fecerunt incendiis et rapinis in Gevensleve, debent prepositum et homines predicti claustri promovere et eos in nullo amplius molestare vel eorum molestatores adiuvare. Et omnes, qui idem spolium fecerunt vel de hoc aliquid habuerunt, debent de hoc satisfacere, sicut eorum animabus ipsis videbitur expedire, sed prepositus contra nullum ipsorum debet agere in iudicio vel movere querelam. Igitur, ut ex nunc omnis controversia inter predictas partes sit finita et premissa pronunciatio nostra a prenominatis fratribus acceptata firma maneat atque rata, sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum anno Domini M°.CCC°. decimo septimo, quarto Nonas Maii. Nos eciam Willekinus, Ludolfus, Iohannes et Borchardus fratres predicti recognoscimus omnia premissa esse vera, videlicet quod discretos viros *Ecbertum de Asseborch* et Bertrammum de Velthem milites predictos in arbitros et amicabiles compositores elegimus et quod, sicut ab ipsis pronunciatum et ordinatum est, recepimus a preposito predicti claustri duodecim marcas et renunciavimus et per presentes renunciamus predicte decime et omni inpeticioni et actioni et omni iuri, si quod nobis qualitercunque in ea conpetebat et conpetere potuisset, adicientes, quod fideliter delere volumus omnem scripturam si quam habemus vel invenimus, continentem, quod eandem decimam in pheodo vel alio modo habere deberemus, decernentes omnem scripturam talem esse inefficacem et cassatam presencium ex vigore, et si predictam decimam aliquis inpetere voluerit, ad hoc non dabimus consilium vel auxilium manifeste vel occulte. Volumus eciam dominum prepositum et homines predicti claustri pro dampnis sibi illatis in suis causis et negociis promovere et in nullo amplius molestare vel molestantes ipsos adiuvare. Et in horum omnium testimonium, ne lis vel dissensio semel extincta per oblivionem vel ignoranciam hominum amplius reviviscat, sigilla nostra una cum sigillis predictorum arbitrorum nostrorum in castro Vinenborch presentibus duximus apponenda.

An Pergamentstreifen 1) **Siegel Ekberts,** Wolf frei im Siegelfelde, wie Abbildung I. Nr. 6; 2) dreieckiges an den Ecken abgerundetes Siegel Bertrams v. Velthrim, Baumstamm mit den seitlich herabhangenden Blättern; 3) 4) 5) 6) kleine dreieckige Siegel, wovon ersteres mit einem nach links, die drei andern mit einem nach rechts gerichteten Schrägbalken.

775. Ekbert und Burchard sein Sohn Ritter genannt von der Asseburg und Conrad genannt vom Dike Ritter bekunden lebenslängliche Verleihung einer Hufe in Neindorf Seitens des Klosters Riechenberg. **1317 Juni 29.**

Vom Original im diplomatischen Apparat auf Königl. Bibliothek zu Göttingen Nr. 149.

Nos Ecbertus et Borchardus filius meus, milites, dicti de Asseborch et Conradus miles dictus de Dike lucide protestamur in hiis scriptis, quod Bodo prepositus ecclesie sancte Marie virginis in Richenberghe mansum situm in Nendorppe pueris Hillebrandi decimatoris de Westerbiwende, scilicet Wedekindo, Adelheydi, Iute, ad tempora vite sue porrexit possidendum, tali videlicet interposita cautione, ut annuatim infra festum sancti Michaelis et diem beati Martini decem solidos Brunswicensis monete novorum denariorum ecclesie predicte persolvere non omittant et eos certo tempore ibidem presentabunt. Si autem infra tempus prescriptum censum pretactum dare, quod absit, neglexerint, mansus prefatus ad ecclesiam Richenbergensem sine aliqua contradictione libere revertetur. Actum anno Domini M°.CCC°.XVII°., in die apostolorum Petri et Pauli. In huius rei evidentius testimonium *sigilla nostra* presentibus sunt appensa.

An Pergamentstreifen 1) in weißem Wachs die untern Theile eines runden Siegels, mit fast ganz abgeblättertem Rande, die deutlich die beiden Vorderläufe des Wolfs erkennen lassen, wahrscheinlich wie Abbildung I. Nr. 6b; 2) Reste weißen Wachses, worauf drei dreiblätterige Rosen.

Digitized by Google

776. Theoderich (von Itter) Bischof zu Paderborn bekundet, daß **die Gebrüder Burchard, Ekbert und Johannes, Cleriker und Werner Knappe, Söhne weiland Ritter Burchards von der Asseburg,** ihren vermeintlichen Ansprüchen an die von **ihrem Vater** dem Kloster Hardehausen verkauften Güter up der missen für sich und für **Bertold, Sohn ihres verstorbenen Bruders Bertold** entsagt haben. **Brakel 1317 Juli 4.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Kl. Hardehausen Nr. 437.

Nos Theodericus Dei gratia episcopus ecclesie Paderbornensis notum facimus, quod per *Borchardum, Echertum et Iohannem clericos et Wernherum famulum fratres, filios quondam Borchardi de Asseborch militis,* contra dominum abbatem et monasterium de Hersuedehusen, Cisterciensis ordinis, super bonis dictis up der myssen infra oppidum Brakele et extra sitis suborta fuit materia questionis, predictis *fratribus* dicentibus, se ius habere in bonis eisdem, tandem visis instrumentis, quibus muniti fuerunt abbas et monasterium predicti, in quibus lucide continebatur, qualiter ius, possessio et proprietas eorundem bonorum in eos fuerunt olim pleno iure translata, compertoque ex informatione suorum amicorum, quod eis vel eorum heredibus nichil iuris competeret in bonis illis, deliberatione matura inter se prehabita, cesserunt et destiterunt ab omni actione et impeticione, quam movere inceperant, et promiserunt fide data tam pro se, quam pro *Bertoldo filio quondam Bertoldi fratris eorum,* quod ipsi pariter aut divisim per se vel per alios publice vel occulte super bonis predictis seu eorum attinentiis non movebunt aliquam actionem, impeticionem vel gravamen imperpetuum monasterio supradicto, sed promittent, illud monasterium eorundem bonorum plena et pacifica possessione, omni cessante turbatione, impedimento vel molestia, uti et gaudere. Omnia igitur et singula, que coram nobis gesta sunt, conscribi et presentibus utrobique petentibus sigilli nostri appensione fecimus communiri. Nos eciam *Borchardus, Echertus, Iohannes et Wernherus fratres* predicti omnia et singula supra conscripta recognoscimus vera esse et ad certitudinem ampliorem hanc litteram *sigillis* duximus roborandam, sed *ego Iohannes predictus canonicus Huxariensis, carens proprio sigillo,* petivi et obtinui a domino Godefrido decano Huxariensi, sigillum suum pro me ad hoc apponi. Testes presentes aderant: Bertoldus plebanus in Brakele, Hermannus de Koven, Fredericus de Ymmessen et Everhardus de Meyncgersen cum pluribus aliis hominibus fide dignis. Actum Brakele et datum IIII^{to}. Nonas mensis Iulii, anno Domini millesimo trecentesimo decimo septimo.

Von den Pergamentstreifen ist Siegel 1, 2, 5 abgefallen; an 3. Stelle verletztes **Siegel des Vaters der Brüder** wie Abbildung I. Nr. 7; an 4. Fragment vom **Siegel Werners** wie Abbildung 16.

777. Herzog Albrecht von Braunschweig eignet dem Ägidienkloster in Braunschweig die Vogtei über 3 Hufen in Hachum (Hachem). **1317 Juli 25.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Egidii).

Zeugen: strennui milites, nostri ministeriales fideles, Hinricus de Wenden et *Eckebertus de Asseborch.* Datum anno Domini M^{o}.CCC^{o}.XVII°., in die beati Iacobi apostoli.

An Pergamentstreifen vom Siegel noch ein Bruchstück. Gedr.: Rehtmeier, Kirchengesch. Suppl. S. 15.

778. Herzog Albrecht von Braunschweig genehmigt die Stiftung eines Altars in der Stiftskirche St. Cyriaci vor Braunschweig durch weiland Ekbert von Lutter genannt Schreveling und entsagt dem Patronatrecht. **1317 August 1.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Cyriaci).

392253A

Digitized by Google

Zeugen: *Eckbertus de Asseborch,* Olricus de Sunzstede, milites . . . Datum anno Domini M°.CCC°.XVII°., Kalendas Augusti.

Siegel an Pergamentſtreifen beſchädigt.

779. Herzog Albrecht von Braunſchweig und ſein Sohn Otto verleihen der Stadt Braunſchweig die vor dem Hohenthore belegene h. Geiſtkapelle nach Abgang jetzigen Inhabers und ertheilen verſchiedene Privilegien. **1317 Auguſt 15.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Braunſchweig.

. . . Disser dinghe dher sint tughe: her Hinrich von Wendhen, *her Eebrecht von der Asseborch,* her Bertram von Velthem, her Ghunter von Bertensleve, her Iohan von Ampeleve unde her Ludolf von Honlaghe, dhe riddere, unde andere vrome ludhe. Disse bref is ghegheven na Goddes bort dusent iar drehundert iar in deme seventhegheden iare, unde in dheme daghe dher himelvart unser vrowen sente Marien.

Mit zwei Siegeln.

780. Herzog Albrecht von Braunſchweig verkauft unter Conſens ſeines Sohnes Otto an Decan und Capitel des Stifts St. Cyriaci vor Braunſchweig Vogtei und Jurisdiction über den Beſitz des Stifts in Wallſtedt für 220 Mark Silb. **1317 Auguſt 24.**

Von doppelten Originalen im Herzogl. Braunſchw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Cyriaci).

Zeugen: dominus Engelbertus de Medinghe decanus, Siffridus de Alten, Ludolfus de Honlaghe, canonici sancti Blasii; Henricus de Wenden, *Egbertus de Asseborch,* Bertoldus de Veltem, Ludolfus de Honlaghe, milites; Hermannus Wulverammi, Henricus Elye, Ludemannus Osse et David Kronesben, burgenses in Brunswich . . Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo et septimo, IX°. Kalendas Septembris.

Jedes Exemplar an roth ſeidenen Fäden beide herzogliche Siegel.

781. Albert (von Anhalt) Biſchof von Halberſtadt beſtätigt die Stiftung des Nonnenkloſters Rohrbach durch Markward Ritter des Deutſchen Ordens und Ernſt Ritter, Gebrüder von Rebeningen, wovon letzterer ſein ganzes Vermögen auf den Fall ſeines Todes demſelben ſchenkt. **1317 September 22.**

Vom Original im Königl. Sächſ. Hauptſtaatsarchiv zu Dresden Or. Nr. 2108.

. . Acta sunt hec anno Domini M°.C°.C°.C°.XVII°. X. Kalendas Octobris. Testes vero huius rei et quod dictum cenobium confirmavimus et presentibus confirmamus, sunt: dominus Fredericus dictus de Bodensteyn, decanus maioris ecclesie, *dominus Burchardus de Asseburc,* dominus Wernherus de Piscina, canonici maioris ecclesie, dominus Conradus officiatus dictus Ethiops, dominus Heynricus plebanus in Volpherode, provisor allodii domini de Honsteyn, ibidem canonici, et alii quam plures fide digni.

An roth ſeidenen Fäden gut erhaltenes Siegel des Biſchofs in gelbem Wachs. v. Mülverſtedt erwähnt Zeitſchr. d. Harz-Ver. Jahrg. 1870 S. 690 nur Ritter Ernſt; der D. O. R. ſcheint unbekannt geblieben.

782. Herzog Albrecht von Braunſchweig bekundet, daß — nachdem Ritter Ludeger und die Knappen Johann und Georg von Garßenbüttel Brüder vor ihm bekannt haben, fünf Hufen nebſt Curie, Hofſtelle und Wieſe in Köchingen dem Braunſchweiger Bürger Wenemar und Proviſoren der Martinikirche daſelbſt behuf Altarsgründung für 43 Mark verkauft zu haben — die Käufer durch ſeinen Gogrefen in den Beſitz geſetzt ſeien. **Braunſchweig 1317 November 16.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Braunſchweig (Martinikirche).

. . . Testes etiam, qui recognitioni et renunciationi predictorum fratrum presentes

Digitized by Google

aderant, sunt: nobilis vir Iohannes comes de Woldenberghe; *Ecbertus de Asseborch*, Henricus de Wenden, Ludolfus de Bortvelde, milites, fideles nostri . . . Actum Brunswic anno Domini millesimo trecentesimo decimo septimo, sexto decimo Kalendas Decembris.

An roth seidenen Fäden beschädigtes Siegel.

783. Albert Bischof von Halberstadt verkauft der Kirche ll. L. Frauen daselbst 2 Hufen im dortigen Stadtfelde. **Halberstadt 1318 März 8.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg s. R. Stift b. M. Virg. Nr. 366.

. . . Testes . .: Wernerus de Wanzleve, nostre curie camerarius, Hermannus de Waldenberghe, *Burchardus de Asseborch*, Thidericus de Vrekeleve, Walther us de Barboy, Wernerus de Piscina, Heydenricus scolasticus, Albertus de Tundersleve, *Burchardus de Asseborch iunior*, Conradus de Winnighstede et Lodewicus, nostre ecclesie canonici; laici vero: Iohannes de Hartesrode, Iohannes de Romesleve, Iohannes de Quenstede, Albertus dictus Speyghel et Hinricus de Gruzen, milites; famuli vero: Hinricus et Ghevehardus dicti de Werstede, Iordanus et Zacharias de Marclingherode fratres, Fricco de Quenstede, Iohannes de Eylsleve, Hinricus et Bertoldus dicti de Slaghe fratres, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Halberstat anno Domini M.CCC.XVIII., in die cinerum, in nostro seu nostre ecclesie capitulo generali.

An grün roth seidenen Fäden in rothem Wachs in grüner Schale 1) ovales Siegel des Bischofs, sitzende Gestalt, worunter fl. getheilter Wappenschild mit halbem Adler u. Querbalken; 2) großes rundes des Capitels.

784. Albert Bischof von Halberstadt schenkt den Calandsbrüdern ein von ihnen daselbst erbautes Haus nebst Grund und Boden. **Halberstadt 1318 April 2.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg s. R. St. Iohannis in Halberstadt Nr. 78.

. . Testes premissorum etiam hii existunt: Wernerus de Wanzleve, nostre curie camerarius, Hermannus de Woldenberghe, *Borchardus de Moringhe iunior*, canonici, et Thidericus de Brode, vicarius in nostra ecclesia, et Hinricus clericus nostre civitatis dictus apud Piscinam, item Fridericus de Scherstede(!), Hinricus de Werstede, Henricus de Dorstat, Thilo dictus Hoppe, Thidericus noster villicus, Conradus dictus Howart, Hermannus de Gatersleve, laici, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Halberstad anno Domini M°.CCC°.XVIII°., in dominica, qua cantatur Letare Ierusalem.

An roth seidenen Fäden wohl erhaltenes ovales Siegel des Bischofs in rothem Wachs. Gedr.: Schmidt, UB. d. Stadt Halberstadt I, 291. Nr. 375. (v. Or.).

785. Kloster Waterler bekundet die vom Knappen Conrad von Biwende mit Bedingung lebenslänglichen Genusses, dreimaliger Seelenmessen und Spenden geschehene Schenkung von drittehalb Hufen zu Romsleben. **Waterler 1318 April 25.**

Vom Original im Gräfl. Stolberg-Wernigerode'schen Archiv zu Wernigerode s. r. Waterler.

. . Testes huius rei sunt: discreti viri Conradus canonicus ecclesie sancti Pauli Halberstadensis, Iohannes plebanus in Horneborech, Fredericus perpetuus vicarius ibidem, *Borchardus dictus de Asseborech*, Ludolfus dictus de Winningstide, milites, Hincemannus dictus de Getlede famulus, et quam plures alii fide digni. Datum Lere anno Domini M°.C°C°C°.XVIII°., VII°. Kalendas Maii.

Von vier Siegeln nur Fragm. der beiden letzteren. Gedr.: Jacobs, UB. v. Waterler S. 267. Nr. 64.

Digitized by Google

786. Conrad von Biwende, Burgmann zu Hornburg, übereignet Kloster Waterler drittehalb Hufen zu Romsleben, ehemalig Verdensches Lehn, unter Besiegelung der Ritter Heinrich Spiring, Friedrich Vrese und Ludolf von Winningstedt. **Hornburg 1318 Mai 1.**

Nach Copialbuch v. Waterler Bl. 15. im Gräfl. Stolberg-Wernigerode'schen Archiv zu Wernigerode.

. . Testes etiam huius existunt: domini *Borchardus de Asseborch* et Albertus de Werre, milites, Bernardus de Werre, Lodewicus de Blanckenborch et quam plures alii fide digni. Actum Horneborch anno Domini M°.CCC°.XVIII°, Kalendas Maii.

Gedr: Jacobs, UB. v. Waterler S. 268. Nr. 65.

787. Friedrich und Heinrich Brüder genannt von Godhenhusen und Radolf von Winningstedt genannt Kotze Knappen verkaufen zwei Salinentheile bei Schöningen, die sie wie ihre Vorfahren vom Bischof von Halberstadt zu Lehn besitzen, für 53 Mark Silb. Braunschw. Gewichts an Abt und Convent des Klosters Riddagshausen, die das Eigenthum der Saline vom Bischof als Ersatz für Schaden erhalten haben. **Hornburg 1318 Mai 8.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. Riddagshausen).

. . In quorum omnium robur et evidens testimonium nos Fredericus et Henricus predicti sigillum nostrum, quo ambo utimur, presenti littere duximus apponendum. Et quia ego Radolfus iam dictus sigillo adhuc careo, ad preces meas domini Fredericus dictus Friso et Albertus et Conradus de Werre, milites strennui, presenti littere sigilla sua similiter applicarunt. Testes huius rei sunt: domini Henricus Spirinch, *Borchardus Longus de Asseborg,* Ludolfus de Winningestedhe, milites, Olricus et Ludolfus de Strobeke, Hildebrandus de Emersleve, Hinzo de Gheteldhe, castellani in Horneborch, famuli, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Horneborch anno Domini M°.CCC°. octavo decimo, octavo Ydus Maii.

An Pergamentstreifen vier Siegel leicht beschädigt. Vergl. Regest in v. Mülverstedt, Kotze S. 79.

788. Die von Brakel und **Knappe Werner von der Asseburg** übereignen dem Kloster Wilbadessen die von Walter von Natzungen resignirten Güter in Dorf und Feldmark von Edelersen. **1318 Mai 20.**

Vom Original im Besitz des Ver. f. Gesch. u. Alterthumsk. Westfal. zu Paderborn.

Nos Hermannus de Bracle, Gysle uxor sua, Albertus et Bernardus filii eorum, Wernerus de Bracle, Agnese uxor sua, *Wernerus de Asseburch famulus* omnesque eorum heredes testamur in hiis scriptis, quod unanimiter et bona voluntate bona in villa Edelersen et in eius campis, que nobis Wolterus de Natesungen, Conradus filius suus cum ceterorum suorum heredum bono consensu et assensu omnia, sicut ipsa habuerunt, sicut dominis pheudi vel pheudatoribus resignaverunt libere et solute, mittimus monasterio in Wilbodessen ipsi ea approprietando penitus, necnon ius et dominium dictorum bonorum coniuncta manu et libera voluntate nostra et omnium heredum nostrorum ad dictum monasterium perpetuo tempore possidenda transferentes, promittentes prorsus fide data ipsi monasterio de hiis bonis omnibus facere warandiam debitam et consuetam, dum super eo fuerimus requisiti. In cuius testimonium dedimus pro nobis et heredibus nostris sigilla nostrorum trium presentibus apponenda. Testes huius sunt: Hartmannus plebanus in Voltessen, Conradus Sculthetus miles, Everhardus de Mengersen, Iohannes de Sunrike et Conradus de Herse, famuli, et quam plures alii fide digni. Datum anno Domini millesimo CCC°. decimo octavo, Saturnine virginis.

An Pergamentstreifen in weißem Wachs 1) Siegel Hermanns; 2) Werners von Brakel, beide dreieckig, an den Umschriften stark verletzt; 3) in Leinwand eingenähte Reste vom zerbröckelten **Siegel Werners** wie Abbildung 16, lassen Kopf des Wolfs und runde Form erkennen.

Digitized by Google

789. Ritter und Knappen verbürgen sich für Ritter Arnold von Haversförde bei Versetzung der Burg Herstelle durch Bischof Theoderich von Paderborn. **1318 Juni 10.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Fürstenth. Paderborn Nr. 465.

Nos Conradus iunior de Sconenberg, Suederus et Alradus de Busche, Hermannus et Henricus Wenth, Reynhardus et Iohannes dicti Gogravii, Lutbertus Westphal et Raveno de Driborgh, milites, *Wernerus de Hindeneborgh*, Hermannus de Brakele et Alradus dictus Svarthe, famuli, notum facimus . . . Datum et actum in vigilia Penthecostes anno, Domini millesimo CCC°.XVIII°.

An Pergamentstreifen wohlerhalten zwölf Siegel in gelbem Wachs in der in Urk. angeg. Reihenfolge, an 10. Stelle gut erhaltenes **rundes Werners** wie Abbildung 16.

790. Herzog Albrecht von Braunschweig schenkt mit Genehmigung seines Sohnes Otto dem Stift St. Cyriaci vor Braunschweig die Vogtei über 7 von den von Veltstede resignirte Hufen in Trelken und Sampleben. **1318 Juni 20.**

Von doppelten Originalen im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Cyriaci).

Zeugen: *Ecbertus dictus de Asseborch*, Henricus dictus de Wenden, Ludolfus de Honlage, Iohannes de Ampleve, milites; Hermannus Wulveramni, Henricus Elye, Conradus Holtnickeri . . . Datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo octavo, duodecimo Kalendas Iulii.

An jedem Exemplar mittelst rother Fäden beide beschädigte herzogl. Siegel.

791. Herzog Albrecht von Braunschweig entsagt allen Rechten an der unter der Georgskapelle in Braunschweig belegenen Gertrudiskapelle und genehmigt, daß Brüder und Schwestern der Gertrudisbrüderschaft dieselbe dotiren und der Decan des Blasiusstifts sie mit einem Priester besetze. **1318 Juli 3.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Blasii).

. . . Testes: *Ecbertus de Asseborch*, Iohannes de Ampeleve, Bertoldus de Veltem, milites, fideles nostri. Datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo octavo, quinto Nonas Iulii.

Siegel an roth seidenen Fäden. Zweite Ausfertigung derselben Urk. mit denselben Zeugen. 1318 (quinto Nonas Augusti) August 1. Siegel an roth seidenen Fäden. Hochdeutsche Uebersetzung: Vaterl. Archiv f. Niedersachs. 1836 S. 367. — Erwähnt: Braunschw. Anz. 1750. S. 250.

792. Conrad, Johann und Ludwig Grafen von Woldenberg resigniren dem Römischen Könige Ludwig die reichslehnbare Vogtei über 15 Hufen in Semmenstedt, welche **Ritter Ekbert genannt von der Asseburg** von ihnen zu Lehn trug. **1318 Juli 26.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Goslar.

Serenissimo ac excellentissimo domino suo Lodwico Romanorum regi semper augusto Dei gratia Conradus, Iohannes et Ludwicus comites dicti de Woldenberghe cum omni honore et reverencia servicii sui promptitudinem cum effectu. Regali vestre magnificencie nobis semper colende advocaciam super quindecim mansos sitos in villa Tsemmenstede pertinentes ecclesie sanctorum apostolorum Symonis et Iude in Goslaria, quam ab inclito Romano inperio et nostri progenitores tenuerunt et nos hucusque tenuimus in pheodo, quam eciam *dominus Ecbertus dictus de Asseborch miles* a nobis tenuit in pheodo, voluntarie ac libere per presentem litteram resignamus. In cuius rei testimonium duximus hanc presentem litteram sigillis nostris firmiter roborandam. Datum anno Domini M°.CCC°.XVIII°., in crastino beati Iacobi apostoli.

An Pergamentstreifen zwei runde und ein dreieckiges Siegel der Grafen v. Woldenberg in gelbem Wachs.

Digitized by Google

793. Die Grafen von Woldenberg verkaufen an das Stift St. Simon und Judas in Goslar die Vogtei über 15 Hufen in Semmenstedt, die bis dahin **Ritter Ekbert genannt von der Asseburg** von ihnen zu Lehn trug. **1318 Juli 26.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Goslar.

Nos Dei gratia Conradus, Iohannes et Ludolfus comites dicti de Woldenberghe recognoscimus et protestamur publice universis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus litteram per presentem, quod nos unanimiter et cum plena voluntate et consensu omnium heredum nostrorum, quorum interfuit, vendidimus honorabilibus viris et dominis decano et capitulo ecclesie sanctorum apostolorum Symonis et Iude in Goslaria advocaciam super quindecim mansos sitos in villa Tsemmenstede eidem Goslariensi ecclesie pertinentes perpetuis temporibus possidendam pacifice et quiete, quam ab inclito Romano imperio et nostri progenitores tenuerunt et nos hucusque tenuimus in pheodo, quam eciam *dominus Ecbertus dictus de Asseburch* a nobis tenuit in pheodo, obligamusque nos firmiter litteram per presentem predictis decano et capitulo ecclesie Goslariensis veram et iustam prestare warandiam de predicta advocacia pre omnibus, quicunque eam inpetunt seu inposterum inpetierint, quandocunque fuerimus ab ipsis requisiti. In huius rei evidens testimonium et stabilem atque illesam perseveranciam duximus presentem litteram sigillorum nostrorum appensionibus firmiter roborandam. Datum anno Domini M°.CCC°.XVIII°., in crastino beati Iacobi apostoli.

An Pergamentstreifen 3 Siegel, Helm mit geöffnetem Adlerflug.

794. Albert und Otto sein Sohn Herzöge von Braunschweig schenken den Brüdern des Ordens vom Deutschen Hause (zu Lucklum) einen Hof in Jerxheim sowie 2 Hufen und Holzung in Hese, welche Güter Ritter Anno von Heimburg zu Lehn getragen hat. **Braunschweig 1318 August 13.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. Lucklum).

. . Testes huius rei sunt: *Ecbertus de Asseborch* et Olricus de Sunstede, milites, nostri fideles, necnon magister Reynboldus scolasticus ecclesie sancti Blasii et Bertoldus rector capelle in Stekelenborch, nostri capellani, cum aliis fide dignis. Datum Bruneswic anno Domini M°.CCC°.XVIII°., Ydus Augusti.

Beide an roth seidenen Schnüren angehängt gewesene Siegel sind abgeschnitten.

795. Abtei Werden verkauft dem Stift Walbeck für 40 Mark den einst der Abtei durch **Ekberts von der Asseburg Tod** heimgefallenen Hof in Helmstedt. **1318 Sept. 17.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Helmstedt.

In nomine Domini amen. Nos Wilhelmus Dei gracia abbas totusque conventus monasterii Werdinensis, ordinis sancti Benedicti, Coloniensis dyocesis, universis presencia visuris notum facimus publice protestantes, quod nos comparantes curtim in Hettercheyde vendidimus honorabilibus viris domino decano et capitulo ecclesie Walbicensis, Halberstadensis dyocesis, pro quadraginta marcis puri argenti nobis assignatis et in solucionem dicte curtis conversis curiam sitam in Helmstat, que quondam ad nos *ex morte Ecberti de Assebŭrch* devoluta est, prout ipsa curia ad presens limitibus et terminis contenta et distincta est, cum omni sua libertate proprietate et dominio, reservatis tamen nobis lapidea domo et areis omnibus dicte curie contigue circumiacentibus, libere perpetuo possidendam, de qua curia prefatis decano et capitulo sufficientem prestabimus warandiam, sicut de iure fuerit faciendum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini millesimo CCC°.XVIII°., in die beati Lamberti martiris.

Vom Pergamentstreifen Siegel des Abts abgeschnitten, des Capitels unbeschädigt. Regest: Förstemann, Neue Mitth. des Thüring. Sächs. Ver. III, 78.

Digitized by Google

796. Lehnbuch Herzog Otto's von Braunschweig. **1318 nach September 22.**

Original-Lehnbuch im Königl. Staatsarchiv zu Hannover.

Anno Domini M°.CCC°.XVIII mortuo inclito principe domino Alberto duce in Bruneswic (pie memorie . . nobiles . .) barones . . milites . . famuli . . burgenses et . . cives infra scripti receperunt in pheodo ab illustre principe domino Ottone duce in Brunswic bona infra scripta . . . *Borchardus de Asseburg dictus Lochte* locum castri et VIII mansos et I molendinum in Weverlighe, VI mansos in Lindem et III areas . . . *Ecbertus de Asseborch miles* IIII mansos in Withmere, I quadrante minus, potest redimere dominus dux pro LX marcis. Item I mansum ibidem, V mansos in Sotterum, borchlen in *Asseborch*. Item VIII mansos in Sotterum, I mansum advocacie in Dencte, II viros in Tymberen, I talentum in moneta Bruneswic, advocaciam super I mansum in Adenum, potest redimere pro iij marca.

Gedr.: Sudendorf, UB. z. Gesch. der Herz. v. Braunschw. u. Lüneb. I, 164. Nr. 303. (v. Orig.).

797. Albert (von Anhalt) Bischof von Halberstadt verkauft wegen Schuldenlast an Heinrich Propst, Adelheid Äbtissin und Convent des Klosters St. Jacobi unter Zustimmung Dompropst Heinrichs, Domdecan Friedrichs, des ganzen Capitels und besonders **Burchards von der Asseburg, Archidiacons des Banns Kissenbrück,** den durch den Tod Ritter Heinrichs Bromes vakanten Frucht- und Fleischzehnten in Sargstedt. **Halberstadt 1318** (in septimana communi) **Oktober 1—7.**

Schmidt, UB. d. St. Halberstadt I, 296. Nr. 381 (nach Niemanns Excerpten im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg).

798. Herzog Otto von Braunschweig bestätigt (inserirten) Vertrag seines Vaters Herzog Albrechts über von Bürgern der Stadt Göttingen an Graf Otto von Waldeck zu zahlende 60 Mark. **1318 Oktober 7.**

Original im Stadtarchiv zu Göttingen.

. . Hirover sint ghewesen tzo thughe: de edele man greve Symon von Dasle, *her Eckebrecht von der Asseburch*, her Henric von Boventen, her Iohan von Rorungen, de riddere, unde andere vrome lude. Dit is gheschen an deme iare, do man zalte von Godes borht dusent druhundert unde achteyn iar, an deme sunavende in der mentweken.

An roth-grüner Schnur großes Siegel. Gedr.: Schmidt, UB. des hist. Ver. f. Niedersachs. (der Stadt Göttingen) VI, 65. Nr. 83. (v. Orig.).

799. Herzog Otto von Braunschweig nimmt die Stadt Helmstedt in seinen Schutz und verspricht zu verhindern, daß ein Kanonikus oder Mitglied eines Ordens sich dort niederlasse. **Braunschweig 1318 Oktober 19.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Helmstedt.

. . Testes huius sunt: *Ecbertus de Asseborch*, Hinricus de Wendhen, Gunterus de Bertensleve, Hinricus de Boventen, Conradus de Rostorp, Iohannes de Ampeleve, Ludolfus de Hollege, Olricus de Sunstede et Bertoldus de Veltum, milites nostri, et quam plures alii fide digni. Datum Bruneswic anno Domini M°.CCC°.XVIII°., decimo quarto Kalendas Novembris.

Vom Siegel an Pergamentstreifen nur Bruchstück.

800. Herzog Otto von Braunschweig restituirt dem Blasiusstift in Braunschweig die Zehnten zu Atzum (Atlevessen) und Westerum, welche dasselbe vom Bischof und

Digitized by Google

Capitel zu Halberstadt gekauft, sein Vater, Herzog Albrecht, aber seit der Ankaufszeit definirt hat. **1318 Oktober 28.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Blasii).

Zeugen: Henricus de Wenden, *Ecbertus de Asseborch*, Ghunterus de Bertensleve, Henricus de Boventen, Conradus de Rostorpe, milites, fideles nostri; David Kronesben, Wedegho de Veltstede, Hildebrandus Eleri, burgenses in Brunesvich. Datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo octavo, in die sanctorum Symonis et Iude apostolorum.

An gelb und grün seidenen Fäden unverletztes Siegel.

801. Herzog Otto (der Milde) von Braunschweig verspricht den Bürgern daselbst in Altstadt, Hagen, Neustadt und alter Wiek kein Kloster zu gestatten, Freiheit von aller Ansprache, sie zu beschirmen u. s. w. **1318 Oktober 28.**

Original im Stadtarchiv zu Braunschweig.

. . Disser ding der sin tughe: her Hinrich von Wenden, *her Ecbrecht von der Asseborch*, her Gunter von Bertensleve, her Hinrich von Boventen, her Conrad von Rostorpe unde her Ludolf von Honlaghe, de riddere, unde andere vrome lude. Disse bref is ghegheven na Godes bort dusent iar drehundert iar in deme achtegheden iare, an deme daghe der hilghen apostelen Symonis et Iude.

An rother Seide in gelbem Wachs rundes Siegel des Herzogs, in mit Kleeblättern bestreutem Felde der Löwe. Gebr.: Rehtmeier Braunschw.-Lüneburg. Chron. I, 623. — UB. d. St. Braunschw. I, 30. Nr. 23. (v. Orig.).

802. Herzog Otto von Braunschweig übereignet dem Ägidienkloster in Braunschweig die Vogtei über 2 demselben zustehende Hufen in Hötzum (Hotscelum), welche Johann Lodhe verkauft hat. **Braunschweig 1318 November 17.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Egidii).

Zeugen: discreti viri *Ecbertus de Asseborch*, Bertoldus de Veltem, milites; Ludolfus et Thidericus fratres de Holaghe milites, fideles nostri. Datum Brunswic anno Domini M°.CCC°.XVIII°., XV°. Kalendas Decembris.

An Pergamentstreifen beschädigtes Siegel.

803. Herzog Otto von Braunschweig belehnt, nachdem Knappe Ernst von Uslar, Hermann und Heinrich, Söhne weiland Ritter Hermanns, Ernsts Bruders, ihm 1/4 der alten Veste Gleichen (Lychen), die sie von ihm zu Lehn hatten, resignirt haben, auf ihre Bitte die Gebrüder Diederich, Heidenreich und Hermann von Kerstlingerode, Knappen, hiermit, nämlich bis ans Ende des Berges Hagen und des Flusses. **Münden 1318 November 29.**

Nach Copie XVI. Jahrh. im Königl. Staatsarchiv zu Hannover.

. . Testes: *Ecbertus de Asseborch*, Conradus de Rostorp, Iohannes de Roringen, milites, Wedekindus de Besekendorp et Iohannes de Helwardessen.

Gütige Mittheil. des Freiherrn von Uslar-Gleichen.

804. Herzog Otto von Braunschweig schenkt dem Provinzial Sachsens vom Hause des Deutschen Ordens in Göttingen näher bezeichneten Theil der Neustadt daselbst und gestattet das Haus zu ummauern. **Göttingen 1318 December 5.**

. . Testes autem huius sunt: nobilis vir dominus Simon comes de Dasle, *Ecbertus de Asseborg*, Burchardus et Conradus fratres de Rostorff et Henricus de Boventen,

Digitized by Google

milites, nostri fideles, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Gottingen anno Domini M.CCC. decimo octavo, in vigilia beati Nicolai episcopi et confessoris.

Gedr.: Zeit und Geschichtbeschr. der Stadt Göttingen III, 71. — Schmidt, UB. d. hist. Ver. f. Niedersachs. (der Stadt Göttingen) VI, 67. Nr. 85 (n. Copie auf Königl. Univers. Bibl.).

805. Lippold und Friedrich genannt von Esbeck Knappen schenken dem Stift Halberstadt verschiedene Hufen Landes zu Winningstedt, Ottleben, Sehausen und Niendorp als Ausgleich für die Schenkung von 1½ Hufen zu Esbeck **1318 December 26.**

Nach Copiar CI (Halberstadt) fol. 84 im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg.

. . Testes huius donationis sunt: strenui milites *Burchardus dictus Lochte de Asseborc*, Bertoldus et Iordanus fratres dicti Tupeken et quam plures alii. Datum VI. Kalendas Ianuarii M°CCC°.XVIII°.

806. Herzog Otto von Braunschweig bestätigt die alten Privilegien der Stadt Göttingen. **Göttingen 1318.**

Original im Stadtarchiv zu Göttingen.

. . Actum est hoc Gotingen in cimiterio beati Iacobi, anno Domini M.CCC.XVIII, presentibus Symone comite de Dasle, *Eckeberto de Asseborch*, Henrico de Boventen et Iohanne de Rorungen, militibus, et aliis honoratis.

An grün-rother Schnur Siegel mit dem Löwen. Gedr.: Schmidt, UB. des hist. Ver. f. Niedersachs. (der Stadt Göttingen) VI, 68. Nr. 86. f. (v. Orig.).

807. Herzog Otto von Braunschweig übergibt den Bürgern der Altstadt Göttingen sein Eigenthum in dortiger Neustadt, verbietet den Brüdern vom Deutschen Hause und andern geistlichen Leuten neuen Besitz im Stadtgebiet zu erwerben, gibt eigene Gerichtsbarkeit, bisher vorbehaltene Fischerei in der Leine, verspricht die Burg in Rostorf abzubrechen und keine andere auf eine Meile von der Stadt zu erbauen. **1319 Jan. 4.**

Original im Stadtarchiv zu Göttingen.

. . unde hirover hebbet tzo tuge ghewesen: *her Eckebrecht von der Asseborg* unde her Henric von Boventen, de riddere, unde ander vrome lude. Unde daz och dusse voreghesproken dink stede unde vast blive eweliche von uns unde von unsen rechten erven, des hebbe we hertzoge Otte dussen ieghenwordeghen bref mit unseme inghesegele besteget unde beingheselet unde des sulven inghesegeles bruke we voreghenomt rechten erven hertzogen Albrechtes an dusseme breve unde dit is gheschen, also men szalte von Godes bort dusent druhundert in deme negentegenden iare, an deme donersdaghe vor deme heligen dage tzo dvelften.

An roth-gelber Schnur zerstörtes Siegel in grünem Wachs. Gedr.: Zeit u. Gesch. Beschr. der St. Göttingen I, 73. — Schmidt, UB. des hist. Ver. f. Niedersachs. (der St. Göttingen) VI, 69. Nr. 87 (v. Orig.).

808. **Ritter Ekbert von der Asseburg** bekundet, daß **seine Schwiegermutter Kunigunde von Veltheim und seine Schwester Mechtild, Conventualin, vormals Priorin in Heiningen,** eine halbe Hufe zu Hedeper für 6 Mark dergestalt von ihm gekauft haben, daß der davon aufkommende Zins **seinen Töchtern Kunigunde und Mechtild, Conventualinnen des Klosters Heiningen,** nach ihrem Tode aber das Eigenthum genanntem Kloster zufallen solle. **1319 Februar 2.**

Vom Original des Heininger Archivs jetzt im Königl. Staatsarchiv zu Hannover.

Ego Ecbertus de Asseborch miles tam futuris quam presentibus presenti litera *meo sigillo* munita protestando publice recognosco, quod *domina Konegundis relicta Bertrammi militis pie memorie de Veltem, mea socrus, et Mechtildis, soror mea,*

Digitized by Google

sanctimonialis, quondam priorissa in Heninghe, comparaverunt a me dimidietatem unius mansi siti in campis Hedebere pro sex marcis puri argenti sub conditionibus infrascriptis, scilicet quod pensio eiusdem dimidii mansi, duo chori tritici et quatuor solidi Brunswicensis monete, dabitur *meis filiabus Konegundi et Mechtildi, sanctimonialibus* antedicti *claustri,* temporibus sue vite. Ipsis vero defunctis donavi et presentibus confero perpetuam proprietatem prefati dimidii mansi sepedicto claustro sanctimonialium in Heninghe eum omnium meorum heredum voluntate, quorum consensus debuit interesse, ut memoria prenominate domine relicte Bertrammi de Veltem in supra dicto claustro perpetue peragatur. Testes huius rei sunt: Bertrammus de Veltem, *Borchardus de Assebroch (!) dictus Lochte, patruus meus, Borchardus de Asseborch, filius meus, milites,* et quam plures alii fide digni. Datum et actum anno Domini M°.CCC°. nono decimo, in sancto die purificationis beate Marie virginis.

An Pergamentstreifen unverletztes **Siegel Ekberts,** wie Abbildung 17.

809. Herzog Otto von Braunschweig schenkt mit Genehmigung seiner Brüder Johann, Magnus und Ernst dem Blasiusstift in Braunschweig die von den Brüdern Ritter Wilhelm und Bertram von Sampleben resignirte Vogtei über 5 Hufen in Ahlum (Adenem). **1319 März 27.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Blasii).

Zeugen: *Ecbertus de Asseborch,* Henricus de Wenden, Iordanus de Wenthusen, Bertoldus de Velthem, Ludolfus et Thidericus de Honlaghe fratres et Bertoldus patruelis ipsorum, milites, fideles nostri. Actum et datum anno Domini M°.CCC°. decimo nono, sexto Kalendas Aprilis.

An grün seidenen Fäden unverletztes Siegel.

810. Herzog Otto von Braunschweig schenkt dem Hospital bei der langen Brücke daselbst die Einkünfte von 15 Schillingen an 3 Hufen in Denstorf. **1319 April 1.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Braunschweig.

. . Testes huius rei sunt: Henricus de Wenden, *Ekbertus de Asseborch,* Guntherus de Bertensleve, Ludolfus de Honleghe, milites; Hermannus Wlverammi, Conradus Holtnikkere, Eylhardus Boneke, Henricus Elye, Wedego de Veltstede, et quam plures alii fide digni. Datum anno Domini M°.CCC°. decimo nono, in die Palmarum.

An grün seidenen Schnüren unverletztes Siegel. Gedr., ungenau: Pistorius, Amoenitat. histor. iur. VIII, 2375 (chartular. Brunsv. hosp. b. Mar. virg.).

811. Kloster Heiningen bekundet, daß seine Mitschwester **Luckardis von der Asseburg** zwei versetzte Hufen in Gr. Flöthe für 22 Mark wieder eingelöst habe, und bestimmt, wie es mit den Aufkünften, sowohl zu Lebzeiten der **Luckardis** als nach deren Tode, gehalten werden solle. **1319 April 4.**

Vom Original des Heininger Archivs jetzt im Königl. Staatsarchiv zu Hannover.

Henricus prepositus, Mechtildis priorissa, Richeydis custos, Margareta cantrix totumque collegium sanctimonialium in Heninghe universis, ad quos presens scriptum [1]) pervenerit, orationes in eo, qui est pius omnium devote se petentium exauditor. Ne ea, que in tempore geruntur, eum lapsu temporis a memoria hominum, que res fragilis est, decidant, expedit, ut scriptis autenticis roborentur. Hinc est, quod tam futuris quam presentibus [2]) hanc litteram intuentibus seu audientibus notum esse volumus ac publice [3]) profitemur, quod *consoror nostra Luckardis de Asseborch*

Digitized by Google

anime sue saluti providens nostrique conventus profectum attendens, duos mansos sitos in campis ville maioris Vlotede, cum omnibus usufructibus in silvis, areis, pratis, pascuis, denariorum reditibus, viis ac inviis universisque appendiciis ad eosdem mansos pertinentibus, qui iam fere ex obligatione a nostro conventu fuerant alienati, redemit pro viginti et duabus marcis, quam pecuniam ex amicorum et affinium suorum auxilio et iuvamine corrogavit. Hanc propterea gratiam eidem *Luckardi* ob anime sue remedium duximus impetrandam, quod, postquam ipsa viam universe carnis fuerit ingressa, ex tunc reditus predictorum mansorum in perpetuum singulis annis in claustro nostro inter nostras consorores distribui debent modo quo subscribitur et partiri, videlicet, quod quamdiu predicta *Luckardis, nostra consoror,* vixerit, de reditibus eorundem mansorum singulis annis procurabit duas tunnas allecium, unam scilicet in adventu Domini, aliam vero in capite Ieiunii, et duas consolationes caritativas, que duo servitia dicuntur, unum servitium in die annuntiationis sancte Marie, aliud quoque servitium in cena Domini, si hec de predictis reditibus poterint comparari, et nostris debent consororibus ministrari; si autem quid superfuerit, hoc in communi dividatur. Post obitum autem prenarrate *Luckardis* domina nostra, que tunc priorissa pro tempore[4]) fuerit, cum arbitrio et consensu totius nostri conventus unam de nostris eliget et statuet, que prescripta de prenominatorum mansorum reditibus, que conscripta sunt fideliter, si poterit, procurabit. Addimus[5]) etiam sepe dicte *Luckardi, nostre consorori,* hanc gratiam specialem, quod quecunque nostrarum consororum post eius discessum ad huiusmodi rei prescripte statuta fuerit et electa, tollet de reditibus sepius dictorum mansorum unum solidum Brunswicensis monete, unde cum singulis denariis pro remedio anime ipsius *Luckardis* faciat missas totidem pro defunctis singulis annis in eius anniversario celebrari, et sic hec prescripta sunt in perpetuum observanda. Preterea obligamus nos nostrosque successores et nostrum dominum, qui tunc pro tempore noster[6]) fuerit prepositus, quod si in omnibus prescriptis inventi fuerimus negligentes, quod absit, reverendus dominus et pater noster, qui tunc Hildensemmensis fuerit episcopus, ad hec observanda suo spirituali gladio nos coherceat ac hortetur. In huius rei geste perpetuum testimonium evidens presens scriptum sigillorum nostrorum, scilicet conventus nostri et prepositi, robore contulimus insignitum. Testes huius rei sunt: dominus Henricus sacerdos dictus Steman et dominus Gerbertus sacerdos[7]) frater eius, et Iohannes Holtec et filius eius Bertoldus[8]) et Bertoldus Calvus, cives in Brunswic, et nostri conversi, videlicet frater Bertoldus magister curie et frater Hermannus de pistorio. Datum et actum anno incarnationis Dominice M°.CCC°.XIX°., in die Ambrosii episcopi.

Beide Siegel von Pergamentſtreifen abgefallen. Ein zweites Original hat folgende Varianten: [1]) scriptum presens. [2]) tam presentibus quam futuris. [3]) publice. [4]) pro tempore priorissa. [5]) addidimus. [6]) in beiden Orig. nostri. [7]) sacerdos fehlt. [8]) et Bertoldus filius eius. Daſſelbe iſt mit vier Siegeln an Pergamentſtreifen verſehen geweſen: 1) (wahrſcheinlich das biſchöfliche) abgefallen; 2) Decanatsſiegel von Hildesheim mit der Legende S. Hermanni decani ecce Hildense . .; 3) des Heininger Convents; 4) der Heininger Propſtei, beide ſtark beſchädigt.

812. Herzog Otto von Braunſchweig, weiland Herzog Albrechts Sohn, beſtätigt dem Stift Nordheim alle von ſeinen Vorfahren ertheilten Privilegien und beſtimmt, daß den Mönchen die freie Abtswahl zuſtehen ſolle. **Nordheim 1319 April 29.**

Nach Manuſcript des Kurbraunſchw. Leibmedicus Kotzebue vom J. 1692, im Herzogl. Braunſchw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

. . Testes: nobiles viri Simon comes de Dassle, Hermannus dominus in Plesse;

Digitized by Google

Ekbertus de Asseburch, Dethardus et Conradus fratres dicti de Rostorp et Henricus de Bovendten, milites; Iohannes prepositus in Katelenborch, Conradus prepositus in Hokelhem et Reinboldus scolasticus ecclesie sancti Blasii in Brunswich et quam plures alii fide digni. Acta sunt hec anno Domini M°.CCC°.XIX°., III°. Kalendas Maii. Datum Northeym per manus Theoderici plebani in Iherichen, nostri notarii.

Falsches Regest, vom J. 1329: Harenberg, Hist. Gandersh. S. 707.

813. Otto Herzog von Braunschweig verkauft für 160 Mark mit Zustimmung seiner Brüder Albert, Propst von St. Alexander in Einbeck, Heinrich Domherrn zu Hildesheim, Lothar, Johannes, Magnus und Ernst, sowie seiner Schwestern Mechtild und Jutta dem Kloster Steterburg Schloß Thide und sechs Hufen daselbst. **Braunschweig 1319 Mai 17.**

Nach Steterburger Copialb. aus XIV. Jahrh. S. 289 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

. . Testes huius rei sunt: *Ekbertus de Asseborch*, Iordanus de Nendorpe pincerna, Hinricus de Wenden, Wedekindus de Garslebutle, Ludegherus de Garslebutle dapifer, Ludolphus de Holleghe, Iohannes de Ampleve, Thidericus de Holleghe et Ghevehardus de Weverlinge, milites nostri, Hermannus Wolverammi, Conradus Holtnickerus senior, Eylardus Boneke, Bernardus Drusebant, Henricus Elye, Rodolphus de Calve, Wedeghe de Veltstede, Hinricus Egelhardi, David Cronsben, Bertrammus de Dammone, Hillebrandus Eleri, cives in Brunsvic, fideles nostri, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Brunswich anno Domini M.CCC.XIX, in die ascensionis Domini.

Gedr.: Rehtmeier, Braunschw.-Lüneb. Chron. I, 624. — Leibniz, Script. Rer. Brunsvic. I, 869.

814. Rath und Bürgerschaft der Stadt Braunschweig erneuern auf Ersuchen Herzog Ottos den Bürgern von Münden inferirtes (undatirt, aber von 1246) Versprechen, sie ihren eigenen gleichzuhalten. **1319 Mai 18.**

. . Huius rei testes sunt: nobilis vir dominus Hermannus dominus in Plesse, *dominus Egbertus de Asseborch*, dominus Dhethardus et dominus Conradus fratres de Rostorp, dominus Heidenricus dictus Struz et dominus Henricus de Boventen, milites, et alii fide digni. Innovata et data est hec littera anno Domini M.CCC.X. nono, in crastino ascensionis Domini.

Gedr.: Rehtmeier, Braunschw.-Lüneburg. Chron. I, 625. — Act. Brunsv. I. 107. — Orig. Guelf. IV, 203. Nr. 95 (b). — Meiern, Orig. Pless. II, 236. — Götting. Zeit u. Gesch. Beschr. III. Vorber. S. 38. — Doebner, Städteprivilegien Ottos des Kindes S. 41 (n. Copiar im Stadtarchiv zu Münden).

815. **Knappe Werner von der Affeburg** belehnt Knappe Eberhard von Mengersen, als Prokurator des Hospitals in Brakel, mit fünf Scheffel Weizen und fünf Schillingen jährlicher Gefälle aus der Ostertormühle in Brakel und verspricht Belehnung der künftigen Prokuratoren. **1319 Mai 21.**

Von Abschr. XV. Jahrh. auf Papier im Stadtarchiv zu Brakel.

Universis presens scriptum visuris et audituris *ego Wernherus de Asseborch famulus* recognosco in hiis scriptis lucide protestando, quod hospitale in Bracle habet annuatim redditus quinque quartalium siliginis et quinque solidorum denariorum ibidem legalium de molendino, quod situm est in dicta civitate prope valvam, que dicta est oester dor, et hiis redditibus Everhardum de Mengersen famulum, qui nunc temporis extitit procurator eiusdem hospitalis, inpheodavi, et inpheodare debeo et volo in prefatis redditibus alium, quicunque fuerit in posterum in procuratorem

Digitized by Google

prefati hospitalis constitutus; volens etiam eidem hospitali ac procuratori eiusdem, quicunque sit, quousque in dicto officio nomine procuratoris duraverit ac perseveraverit, prestare plenam warandiam dictorum redditumm loco et tempore, quocunque fuero requisitus. In cuius facti testimonium presens scriptum feci *mei sigilli* munimine roborari. Datum anno Domini M°.CCC°.XIX°, feria secunda in octava Ascensionis Domini nostri.

816. Herzog Otto von Braunſchweig überträgt dem Stift St. Cyriaci vor Braunſchweig die Vogtei zweier Hufen in Heerte, ihm von Ludolf, Baldewin, Georg und Heinrich Brüdern von Wenden reſignirt. **1319 September 30.**

Vom Original im Herzogl. Braunſchw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Cyriaci).

Zeugen: Henricus de Wenden, *Ecbertus de Asseborch*, Guntherus de Bertensleve et Hermannus de Brunsrodhe, milites nostri. Actum anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono, in crastino beati Michaelis.

Siegel von rothen Fäden abgefallen.

817. Propſt, Decan und Capitel zu Halberſtadt theilen ihre Güter in 23 Antheile, von welchen **Domherr Burchard der ältere von der Aſſeburg** einen in Dauſtedt und **Domherr Burchard der jüngere von der Aſſeburg** einen in Deersheim erhalten ſoll. **Halberſtadt 1319 Oktober 13.**

Nach Stift Halberſtädter Copial aus XIV. Jahrh., S. 75, in Bibl. des Domgymnaſiums zu Halberſtadt.

In nomine Domini amen. Nos Henricus Dei gratia prepositus, Fredericus decanus totumque capitulum ecclesie Halberstadensis recognoscimus et publice profitemur, cupientes id ad eorum, quorum interest, noticiam pervenire, quod licet ab antiquo amministracio prebendarum ecclesie nostre ad prepositos ipsius ecclesie nostre pertinuerit, qui pro tempore fuerunt, sicut adhuc ad honorabilem virum dominum Henricum prepositum nostrum dinoscitur pertinere, tamen, quia idem dominus Henricus prepositus noster propter malum terre statum dicte amministracioni sue successit ad tempus, accepta quadam certa pensione reddituum ab ecclesia nostra, committens et dans capitulo nostro plenam ac liberam potestatem in amministracione predicta per decanum et duos seniores de capitulo provide gubernanda, quousque prefatus dominus prepositus sibi eam duxerit resumendam, prout hec in litteris capituli nostri inde confectis plenius contine(n)tur, nos considerantes pessimum terre statum, bona quoque ecclesie nostre graviter devastari, libertates eciam bonorum ipsorum cum suis iuribus penitus annullari, matura deliberacione decrevimus ad honorem dicti domini nostri prepositi et profectum commodumque suorum precipue, ut bona nostra in officiis constituta melius et plenius tueantur ab incursibus quorumcunque, dicta bona divisimus provide in viginti et tres porciones videlicet: Tannenstede quatuor, quas habebunt domini maior prepositus, Wernerus de Wantsleve, *Borchardus senior de Asseborch* et Conradus de Winningestede, in Derdesem sunt octo porciones, quas habebunt dominus Otto electus Hildensemensis et domini Borchardus de Tzegenbereh, Heydericus dictus Aries, dominus Albertus dux de Brunswich, *Borchardus iunior de Asseborch*, dominus Wen(c)eslaus dux Saxonie, Lodewicus de Nendorp et Conemannus de Slatheym. Item in Voghelstorp quinque porciones, quas habebunt domini Hermannus de Woldenbereh, Woltherus de Bareboy, Albertus de Tundersleve, Henricus de Drubeke et Henricus Rureck. Item in Strobeke quinque porciones, quas habebunt dominus decanus et domini Wernerus de Piseina, Thidericus de Vrekeleve, Lodewicus de Wantsleve et Thidericus iunior de Honsteyn. Item in Bersle una, quam habebit dominus Ludewicus de Honsten maior, ita ut cuilibet viginti duarum personarum

Digitized by Google

ecclesie nostre decem marcarum usualis argenti redditus deputentur. De residuo autem vicariis et aliis officiatis et prebendariis rationabiliter providebitur in eis, que ipsis fuerint ministranda. Partem quoque absencium colligi faciemus pro ecclesie nostre utilitatibus et indigenciis relevandis, hoc eciam adiecto, quod quicumque collectores exstiterint quarumlibet villicacionum predictarum, illi receptis fructibus porcionum suarum, que ipsos contingunt, capitulo nostro et nobis porciones absencium ministrabunt. Si autem Domino disponente aliquem predictorum ex nobis ab hoc exilio contigerit evocari, tunc porcio in quocunque officio ipsum nunc contingit, prebende sue, quam nunc tenet, debebit similiter adunari, cuicunque fuerit assignanda. Hec autem nostra ordinacio maneat per triennium duratura, percepcio quoque fructuum predictorum bonorum inchoabitur in festo sancte Walburgis nunc instanti similiter duratura, nisi forte dominus prepositus amministracionem prebendarum nostrarum nobis cessam duxerit resumendam. Et ut hec firma permaneant et serventur, ipsa appensione sigilli capituli nostri duximus munienda. Actum et datum Halberstat anno Domini M°.CCC°.XIX., in septimana conmuni, in nostro capitulo generali.

818. Die Brüder, Prior Provinzial der Brüder des Prediger-Ordens in Sachsen, die Prioren von Magdeburg, Bremen, Lübeck, Halberstadt, Hildesheim, Soest, Hamburg der Häuser genannten Ordens bekunden die zwischen Prior und Convent ihres Ordenshauses in Braunschweig einer-, Clerus, Rath und Bürgern der Stadt Braunschweig Hildesheimer und Halberstädter Diöcese andererseits getroffene Übereinkunft wegen Niederlassung der Ordensbrüder in Braunschweig, sowie wegen geistlicher und weltlicher Befugnisse und Rechte. **Braunschweig 1319 Oktober 31.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Blasii).

. . Testes huius rei sunt: illustris princeps dominus noster Otto dux in Bruneswic, Henricus de Wenden, Wedekindus de Garsnebutle, *Ecbertus de Asseborch*, Iordanus de Nendorpe pincerna, Ludegherus de Garsnebutle dapifer, Iohannes de Ampeleve, Ludolfus de Honleghe, milites, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Bruneswich anno Domini M°.CCC°. decimo nono, in vigilia omnium sanctorum.

An grünen und abwechselnd rothen seidenen Fäden wohlerhalten zehn Siegel der Aussteller, sowie Priors und Convents in Braunschweig.

819. Herzog Otto von Braunschweig bestätigt die wörtlich eingerückte Übereinkunft (vergl. Nr. 818) zwischen Clerus, Rath und Bürgern einer- und Brüdern des Prediger-Ordens andererseits wegen Niederlassung und Aufnahme in der Stadt. **1319 Okt. 31.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Braunschweig.

Dei gratia Otto dux in Brunswich omnibus presentia visuris seu audituris volumus esse notum, quod inter clerum, consules et burgenses ex una et fratres predicatores parte ex altera civitatis nostre Brunswich, mediantibus fidelibus nostris, videlicet Henrico de Wenden, *Ecberto de Asseborch* et Wedekindo de Garsnebutle, militibus, secundum ordinationem et formam placitavimus infra scriptura, cuius tenor talis est: Nos fratres, prior provincialis fratrum ordinis predicatorum per provinciam Saxonie, prior Magdeburgensis . . (wörtlich Nr. 818) . . In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes huius rei sunt: fideles nostri Henricus de Wenden, Wedekindus de Garsnebutle, *Ecbertus de Asseborch*, Iordanus de Nendorpe pincerna, Ludegherus de Garsnebutle dapifer, Iohannes de Ampleve, Ludolfus de Honleghe, milites, et quam plures alii fide digni. Et nos milites iam dicti ad petitionem illustris principis domini nostri ducis predicte et cleri, con-

Digitized by Google

sulum ac burgensium predictorum in premissorum testimonium sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Datum anno Domini M°CCC°. decimo nono, in vigilia omnium sanctorum.

An Seidenfäden, abwechselnd von grüner und rother Farbe herzogliches Siegel und die der sieben Zeugen, sämmtlich gut erhalten, **das Ekberts** an grüner Seide wie Abbildung 17. Gedr.: Rehtmeier Braunschweig. Kirchenhist. I. Beil. S. 131. — Hessenmüller, Heinrich Lampe (1852) S. 110 (v. Or.). — Hänselmann, Chron. v. Braunschw. II, LVIII. Nr. 33.

820. Die Gebrüder Bethelo und Bertold von Rotdorf bekennen den Provisoren der Katharinenkirche in Braunschweig 4 Hufen und den Bruthof in Jugeleben für 63 Mark verkauft und Herzog Otto zu Braunschweig resignirt, von diesem dagegen noch 4 Hufen und Curie in Rotdorf zu Lehn genommen zu haben. **Braunschweig 1319 Nov. 6.**

Nach Copialbuch der Katharinenkirche aus XIV. Jahrh., pag. 15, im Stadtarchiv zu Braunschweig.

. . Testes etiam sunt: Ludolfus de Honlaghe canonicus ecclesie sancti Blasii in Brunswich, *Ekbertus de Asseborch*, Ludolfus de Weferlinghe, milites; Iohannes de Gustede, militaris, et plures alii fide digni. Actum et datum Brunswich anno Domini M°.CCC°. decimo nono, octavo Ydus Novembris.

821. Herzog Otto von Braunschweig übereignet der Katharinenkirche zu Braunschweig 4 Hufen und den Bruthof in Jugeleben, nachdem die Brüder von Rotdorf diese Grundstücke ihm resignirt und 4 (eigenthümliche) Hufen nebst Hof in Rotdorf von ihm zu Lehn genommen haben. **Burg Wolfenbüttel 1319 November 6.**

Nach Copialbuch der Katharinenkirche aus XIV. Jahrh., pag. 4, im Stadtarchiv zu Braunschweig.

. . Testes etiam sunt: discreti viri Ludolfus de Honlaghe, canonicus ecclesie sancti Blasii in Brunswich, *Ekbertus de Asseborch*, Widdekindus de Garsnebutle, Hinricus de Boventen, Conradus de Rostdorp, Ludolfus de Weverlinghe, milites; Iohannes de Gustede, militaris, fideles nostri, et alii plures fide digni. Actum in castro Wlferbutle anno Domini M°.CCC°. decimo nono, octavo Ydus Novembris.

822. Ritter Heinrich Wendt verspricht als Pfandinhaber des dritten Theils der Stadt Brakel, die Bürger daselbst in ihren Rechten nicht zu kränken, die sie von **weiland Ritter Burchard von der Asseburg und dessen Sohne Werner** gehabt; sollte letzterer aber obigen Theil zurückkaufen, dann müßten sie ihm „hulden" und unterwerfen sein wie früher. **1320 März 22.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Brakel II, 41.

Nos Henricus dictus Went miles, Alheydis uxor nostra publice recognoscimus in hiis scriptis lucide protestando, quod nos et nostri heredes posteri et presentes omne ius et iura, que burgenses de Brakele habebant a *Bůrchardo de Assebůrch milite bone memorie et Wernhero de Assebůrch famulo, filio suo*, eorumque heredibus debemus ipsis in nullo minuere sed pocius aucmentare, promittentes eisdem burgensibus ob favorem specialem, nobis in subiectione exhibitum, eadem iura in omnibus rata et inconvulsa observare, adiecta huiusmodi conditione, quod, quandocunque predictus *Wernherus de Assebůrch* vel sui heredes a nobis vel nostris heredibus fecerint redemptionem tercie partis opidi Brakele pro centum marcis argenti examinati, quod extunc burgenses de Brakele prenarrati debent eidem *Wernhero de Assebůrch* in omnibus obedire seu wlgariter hulden ad manus suas et subiecti esse, sicut prius, aut suis heredibus antedictis. In premissorum testimonium duximus nostrum sigillum presentibus apponendum. Testes presentes fuerant: Herboldus de Papenhem miles, Wernherus de Brakele, Alradus de Busche, Olricus de Nedere,

Digitized by Google

Fredericus de Immessen, Godfridus de Modikessen, Henricus de Immessen, Hermannus de Coven, Everhardus de Mengersen, famuli, et alii quam plures fide digni. Datum sabato ante festum Palmarum, anno Domini M°.CCC°.XX°.

Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

823. Johann Decan, Thiderich von Lindowe Thesaurar und Capitel des Bonifatiusstifts in Halberstadt verkaufen unter Genehmigung des Bischofs Albert an Reimbold Rektor der Katharinenkirche in Braunschweig neben Alleb und Mühle in Twelken u. A. auch 2 Hufen in Gevensleben, wovon die eine Johann Schiltreme, den Rest **Luder und Conrad Söhne weiland Hermanns von Wolfenbüttel** besitzen. **Halberstadt 1320 April 18.**

Nach Copialb. der Katharinenkirche aus XIV. Jahrh. fol. 6. im Stadtarchiv zu Braunschweig.

. . . Testes huius sunt: honorabiles viri ac domini Heydenricus maioris ecclesie scolasticus, Albertus de Tundersleve, eiusdem ecclesie canonicus, magister Bartoldus de Werningherode, canonicus ecclesie sancte Marie, Herbordus dictus Mor, officialis curie Halbertadensis, necnon Thidericus de Lyndowe, thesaurarius predictus, Hinricus de Embeke, Bernardus de Aspenstede, Conradus de Lyndowe, Wenemarus, Iohannes de Renstede, Conradus de Benzingherode, Albertus de Winningstede, Albertus de Ghetelde, canonici ecclesie sancti Bonifatii sepedicte, et alii quam plures fide digni . . . quarto decimo Kalendas Maii.

824. Herzog Otto von Braunschweig bekundet, daß Reimbold, Rektor der Katharinenkirche in Braunschweig, behuf gewisser in dieser erbaueten Altäre mit seiner Genehmigung von dem Bonifatiusstift in Halberstadt ein Alled in Twelken nebst 4 Hufen, sowie 2 Hufen in Gevensleben, eine in Sekere und 3 in Remlingen für 150 Mark erkauft habe und durch seinen Grafen in den Besitz gesetzt sei. **Braunschweig 1320 April 22.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Braunschweig.

. . Testes huius sunt: *Ekbertus de Asseborch*, Hinricus de Wenden, Wedekindus de Garsnebutle et Ludolfus de Honleghe, milites, et dominus Thidericus rector ecclesie in Ierxhem, notarius noster. Datum Brunswich anno Domini M°.CCC°.XX°., X°. Kalendas Maii.

An roth seidenen Fäden Siegel des Herzogs. Twelken wüst auf der Feldmark der Stadt Schöppenstedt; Sekere wüst auf den Feldmarken von Jerxheim und Söllingen Amtsgerichts Schöningen.

825. Herzog Otto von Braunschweig schenkt dem Stift St. Cyriaci vor Braunschweig 4½ Hufen nebst Curie in Remlingen (Remninghe), von Wedege, Rolefo, Bertram und Wedege von Veltstede, Braunschweiger Bürgern, resignirt. **1320 April 23.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Cyriaci).

Zeugen: *Ecbertus de Asseborch*, Widekindus de Garsnebutle, Henricus de Wenden, Iohannes de Ampleve et Ludolfus de Honlage, milites nostri. Datum anno Domini M°.CCC°. vicesimo, in dié sancti Georgii martiris.

An rothen Fäden Bruchstücke des Siegels.

826. Domcapitel zu Halberstadt verkauft an Magister Meinhard, Stiftsherrn zu St. Pauli daselbst, 2 Hufen zu Groß-Quenstedt. **1320 Mai 6.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg s. R. Stift St. Pauli zu Halberstadt Nr. 116.

Nos Hinricus Dei gratia prepositus, Fredericus decanus, Wernerus de Wanzleve camerarius, Hermannus de Woldenberch, Wolterus de Barby, Thidericus de Vrekenleve, Weruerus de Piscina, Heydenricus dictus Aries, Albertus de Tundersleve, Lodewicus de Honsten thesaurarius, *Borchardus de Asseborch iunior*, Conradus de

Digitized by Google

Vinnighestede, Konemundus de Slatheym, canonici, totumque capitulum ecclesie Halberstadensis . . . Testes sunt: Ludolfus de Serchstede, Hermannus scolasticus, magister Bartoldus de Werningherode, Iohannes de Ghetelde, sancte Marie, Thidericus custos, Conradus de Lindowe, Conradus de Bentzingherode, sancti Bonifatii ecclesiarum civitatis Halberstadensis canonici, et alii fide digni. Datum et actum anno Domini millesimo CCC°.XX°, in Rogationibus feria tercia, in nostro capitulo generali.

An Pergamentstreifen 14 meist wohlerhaltene Siegel in weißem Wachs; an 12. Stelle das des **Domherrn Burchard** wie Abbildung 20. Gedr.: Schmidt, UB. d. Pauls-St. in Halberstadt. S. 382. Nr. 102 (v. Orig. mit Siegelbeschreib.).

827. Ritter Burchard und Knappe Gunzelin, Gebrüder genannt von der Asseburg verkaufen dem Kloster Dorstadt 1 Hufe in Settmar für 18 Mark. **1320 Mai 7.**

Vom Original im Dorstädter Archiv.

Nos Borchardus miles ac Guncelinus famulus fratres dicti de Asseborch omnibus audituris presentia vel visuris recognoscimus et puplice protestamur, quod de pleno *filiorum nostrorum* consensu heredum prepositi capituli omniumque, quorum consensus ad hoc fuerat requirendus, vendidimus unum mansum in campo Sutzerem situm cum omni utilitate et fructu ac iure, quod ad predictum mansum pertinebit, fratri Henrico dicto de Borsne ac conventui sanctimonialium in Dorstad pro decem et octo marcis puri argenti, iure hereditario perpetue possidendum, in anniversarium predicti fratris ac suorum parentum memoriam peragendam. Preterea, si in proprietate predicti mansi ab heredibus nostris aut ab aliis quibuscunque fuerint aliqualiter impediti, nos super hoc tenebimus totaliter respondere secundum iustitie complementum. In huius rei testimonium *sigilla nostra* ac prepositi Iohannis dicti de Knesbeke necnon capituli presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°.CCC°. vicesimo, Nonas Maii.

An Pergamentstreifen 1) u. 2) die **Siegel Burchards und Gunzelins** wie Abbildungen 21 u. 22; 3) des Convents; 4) der Propstei; 2. leicht beschädigt, die übrigen gut erhalten.

828. Arnold Endachte, Canonikus der Kirche der h. Apostel Peter und Andreas in Paderborn, bekundet unter Consens Johanns Grevet, seines Oheims (avunculi), an Abt und Convent des Klosters St. Paul daselbst 22 Morgen Landes vor dem Westernthore für 26 Mark Denare Soest. Währ. verkauft zu haben. **1320 Mai 17.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Kl. Abdinghof Nr. 101.

. . Testes sunt: dominus Wernherus de Volmestene, cellerarius ecclesie Paderbornensis, dominus Widekindus thesaurarius, *dominus Ebertus de Asseborg cantor*, dominus Henricus de Dalpenhosen, vicarius ecclesie beatorum apostolorum Petri et Andree ibidem, Wernherus Stapel, famulus, et Arnoldus de Driburgh, civis Paderbornensis. Actum et datum feria sexta ante festum Pentecostes, anno Domini M°.CCC°.XX°., XVI°. Kalendas Iunii.

Drei angehängt gewesene Siegel abgefallen.

829. Knappe Hover von Woldenberg verkauft an Herzog Otto von Braunschweig seinen von Markgraf Waldemar von Brandenburg zu Lehn gehabten Hof zu Burgstall für 300 Mark, wofür dieser ihn, Gemahlin Sophia u. Kinder sowie auch Conrad Marschalk und Beseke von Rössing Ritter mit früher denen von Gustedt verpfändetem Amt zu Sierße vorbehaltlich des Wiederkaufs belehnt. **1320 Juli 2.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Hannover.

. . To eyner tugynghe so hebben hir over ghewesen: her Hinrik van Wenden, *her Ecbrecht van dher Asseborch*, her Ludolf van Hollege unde her Gevehart van

Digitized by Google

Weverlighe, dhe riddere, unde mer lude dhen men wol gheloven mach. Disse bref is ghegeven na Goddes bort dusent iar, drehundert iar in dheme tvintegesten iare, an sencte Processus unde Martinianus daghe.

Vom Pergamentstreifen erstes Siegel abgefallen; 2) dreieckiges Siegel des Marschalls Conrad plattgedrückt; 3) dreieckiges des von Rössing unkenntlich. Gedr.: Sudendorf, UB. z. Gesch. d. Herzög. v. Braunschw. u. Lüneb. I, 192. Nr. 339 (v. Orig.). — Riedel, Cod. Brand. A. XXV, 199.

830. Knappe Johann von Siddessen verkauft unter Consens seiner Gemahlin Geremedis, Mutter Helenburgis und Sohns Hermann für 44 Mark Silb. an Kloster Gebrden, von dem er zu Lehn geht, seinen „by der bruggen" genannten Hof im Dorf Siddessen. **1320 August 23.**

Nach i. J. 1684 beglaub. Gehrdener Copiar fol. 34b. E. 4. im Gräfl. Bocholz'schen Besitz.

. . . Ut hec autem rata permaneant et inconvulsa, rogavi una cum meis heredibus antefatis *Wernerum de Asseborch famulum* necnon consules de Brakele, quod sigilla eorum apposuerunt huic scripto. *Ego vero Wernerus de Asseborch, famulus* antedictus, duxi *meum sigillum* ad petitiones prefatorum Ioannis et suorum heredum presentibus apponendum in testimonium premissorum. Nos vero etiam Lutbertus de Vorhus et Henricus de Valhusen proconsules, Lambertus Hartwisci, Bertoldus apud Pontem, Iohannes de Monte, Henricus dictus Langebrughe, Henricus de Erclen, Boltekinus de Stenhem, Henricus de Pumessen, Iohannes Volperti, Iohannes Nicolai et Geroldus de Risele, consules opidi Brakele, duximus presens scriptum ad petitiones prescriptorum Iohannis de Siddessen et suorum heredum nostro sigillo solidari. Testes presentes fuerunt: discretus vir dominus Bertoldus plebanus in Brakele, *Ioannes de Asseborch famulus*, Fredericus de Ymmessen, Olricus de Nedere, Everhardus de Menghersen, Hermannus de Coven, Gotfridus de Modikessen, famuli, Hermannus de Herse et alii quam plures fide digni. Datum in vigilia beati Bartolomei apostoli, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo.

831. Herzog Otto von Braunschweig belehnt vorbehaltlich des Wiederkaufs zwei Braunschweiger Bürger mit 5 Mark jährlicher Abgabe von dortigen Juden. **1320 Dec. 22.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Hannover.

. . Testes eciam sunt: Hinricus de Wenden, *Ecbertus de Asseborch* et Ludolfus de Hallege, milites nostri, et quam plures alii fide digni. Actum et datum anno Domini M°.CCC°.XX°, in crastino beati Thome apostoli.

An Pergamentstreifen verletztes rundes Siegel des Herzogs mit dem Löwen in weißem Wachs. Gedr.: Sudendorf, UB. z. Gesch. d. Herz. v. Braunschw. u. Luneb. I, 195. Nr. 342. (v. Orig.).

832. Gotfried von Barum, Bürger in Goslar, bittet **Ritter Burchard von der Asseburg den Langen,** die Güter, so er mit weiland Bertold von Dörnte von ihm zu Lehn trug, des Letzteren Söhnen zu übertragen. **Ohne Jahr, um 1320 (?).**

Vom Original im Gräfl. von der Asseburg'schen Archiv auf dem Falkenstein.

Strennuo militi ac famoso domino suo, domino Bor(chardo) dicto de Asseborch Longo, God(fridus) de Barum, burgensis in Goslaria, servicii in omnibus plenitudinem cum honore semper promto. Vestram strennuitatem deprecor quam intimo exoratu, quatinus talia bona, que Bertoldus de Dornede pie memorie et ego manu simultatis a vestra gratia in pheodo tenueramus, filiis dicti Bertoldi conferre dignemini, mei perpetui servicii ob respectum, quem personaliter, quod debilitate corporis ad vestram presenciam venire ad presens non possum, si ita res mea se habuisset, quod facere potuissem, libentissime fecissem.

Auf dem Rücken des schmalen Streifens steht: Domino Bor(chardo) Longo. In rothem Wachs Reste

Digitized by Google

der Umschrift kleinen dreieckigen Siegels: † S' . . . . RIDI. DE. . . R . . Nach freundl. Mittheil. des Herrn Staatsanwalts Bode in Holzminden wird Bertoldus de Dornede noch 1307 als lebend aufgeführt, 1332 dessen Wittwe benannt (Münzergildebuch im Stadtarchiv zu Goslar). Da Burchard der Lange 1297—1342 vorkommt, so ist mit Rücksicht auf die in Nr. 846 beurkundete Verhandlung von Gliedern des Geschlechts Barum mit ihm die freilich unsichere Einreihung hier gewählt.

833. Herzog Otto von Braunschweig consentirt zum Verkauf von Mühle und Wiese zu Apelnstedt[1]) Seitens **der Ritter Burchard und Burchard genannt von der Asseburg** an Kloster Riddagshausen. **1321 Januar 1.**

Nach Copiale CCI. (Riddagshausen) fol. 94 f. im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg.

Dei gracia Otto dux in Brunswik universis ad quos presens scriptum pervenerit salutem in Domino sempiternam. Propter mutabiles rerum temporalium exitus expedit, ea que agimus memorie hominum et scripturarum testimonio commendare. Noverint igitur universi presentis temporis et futuri, quod *Borchardus et Borchardus milites dicti de Asseborch* vendiderunt religiosis in Christo viro domino . . abbati et conventui in Riddagheshusen molendinum cum prato et omnibus utilitatibus suis in Apelderstede pro certa pecunie quantitate. Et quod idem molendinum a nobis in pheudo tenuerunt, ipsum ad manus nostras viva voce publice resignarunt. Sane cum proprietas dicti molendini ad nos spectaret, nos habentes legitime resignata prefata bona ab hiis, quorum intererat resignare, de consensu ac beneplacito nostro et omnium heredum nostrorum ob spem remunerationis eterne cedimus ac donavimus ecclesie in Riddageshusen in ius proprium proprietatis titulo perpetuo possidenda, recipientes ab eisdem militibus mansum alium in restaurum. Renuntiamus itaque omni iuri, quod nobis aut quibuslibet heredibus nostris in prehabito molendino cum suis attinenciis ammodo posset competere, quoquomodo transferentes ipsum in iam dictos religiosos proprietatis tytulo perpetuo possidendum. Promittimus insuper firmam warandiam eisdem nobis prebituros, quotiens et quando super hoc nos duxerint requirendos. In cuius rei testimonium sigillum nostrum huic littere fecimus applicari. Testes vero sunt: honorabiles viri dominus Ludolphus de Werberge, *Ekbertus de Asseborch, Borchardus filius suus,* Henricus de Wenden, Ludolphus de Honlaghe, milites, et alii quam plures fide digni. Datum anno Domini M°.CCC°.XXI°., Kalendas Ianuarii.

[1]) Dorf bei Salzdahlum NO. von Wolfenbüttel.

834. Herzog Otto von Braunschweig übereignet 5 Hufen nebst Hof und 3 Hofstellen in Salzdahlum, ihm vom Braunschweiger Bürger Heinrich Elve resignirt, dem in der Martinikirche zu Braunschweig supra sacrarium seu vestibulum erbauten Altar und setzt der Kirche Provisoren durch seinen Gografen in den Besitz. **1321 Januar 8.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Braunschweig.

. . Testes etiam sunt: discreti viri Thidericus noster notarius, *Ecbertus de Asseborch,* Henricus de Wenden, Widekindus de Gharsnebutle, Ludolphus de Honlaghe, Bertoldus de Velten, milites; Hermannus Wulverammi, Conradus Holtnickerus senior, Eylardus Boneke, Bernardus Drusebant, Ludolfus Osse, Rodolfus de Calve, Bertrammus de Dammone, Conradus Holtnicker iunior, Henricus Engelardi, Iohannes de Mirica, Henricus Stapel, Rodolfus de Veltstede, Hermannus Bernardi, Henricus et Eggelingus dicti de Cymiterio, consules et iurati ad concilium pro tempore antique civitatis Bruneswich. Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo primo, sexto Ydus Ianuarii.

An roth seidenen Fäden unbeschädigtes Siegel des Herzogs.

Digitized by Google

835. Ritter Ekbert von der Asseburg übereignet unter Consens **seiner Söhne Werner Domherrn zu Paderborn, Burchard Ritters und Gunzelin Knappen, sowie seiner Töchter Adelheid Gemahlin Ludolfs von Bortveld und Eufemia Gemahlin Gebhards von Bortveld** den Provisoren der Martinikirche in Braunschweig $2^3/_4$ Hufen und Hof in Remlingen sowie Hufe und Hof in Hedeper. **Braunschweig 1321 Februar 10.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Braunschweig.

In nomine sancte et individue Trinitatis. *Ecbertus de Asseborch miles* omnibus in perpetuum. Expediens est et utile, ut scripture testimoniis roborentur ea, que devotionis intuitu gesta sunt, et effectum felicem utique sortiantur. Hinc est, quod notum esse cupio omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod Ludolfus Grube, civis in Brunswich, pro septuaginta septem marcis puri argenti, Bruneswicensis ponderis et valoris, michi integraliter persolutis, ad dotem unius altaris in ecclesia sancti Martini in Brunswich, Hildensemensis dyocesis, per ipsum in honorem decem milium beatorum militum et martyrum fundati et constructi, a me emit tres mansos quartali minus, sitos in campis ville Remninghe et unam curiam ibidem et unum mansum situm in campis ville Hedebere ac unam curiam ibidem, Halberstadensis dyocesis, cum omnibus etiam eorum aliis pertinentiis, utilitatibus et iuribus universis. Qua emptione rite et rationabiliter facta, petivit idem Ludolfus una cum Henrico Elye et Iohanne Ludolfi, provisoribus predicte ecclesie sancti Martini, per me eosdem mausos cum curiis et eorum ceteris pertinentiis appropriari altari memorato pure et simpliciter propter Deum. Eapropter bona et sufficienti deliberatione prehabita, cum expresso consensu *carissimorum filiorum heredum meorum, videlicet domini Werneri canonici maioris ecclesie Paderburnensis, Borchardi militis et Guncelini famuli necnon filiarum mearum, scilicet Alheydis uxoris domini Ludolfi de Bortvelde ac Mye uxoris domini Ghevehardi de Bortvelde militum* et omnium, quorum intererat et consensus de iure fuerat requirendus, ad preces Ludolfi et provisorum predictorum supradictos mansos cum curiis et omnibus eorum pertinentiis et iuribus universis tam in villis, silvis, agris, campis, pratis, quam pascuis, viis et inviis, ab omni iure comitie, advocatie et quibuslibet ceteris servitiis liberos et solutos dedi et in Dei nomine cum omni proprietate presentibus do predicto altari decem milium militum in supradicta ecclesia sancti Martini, dotali iure et ecclesiastica emunitate eidem perpetuo permansuros. Renuntiavi etiam et presentibus renuntio meo et heredum meorum omnium tam presentium prenominatorum quam futurorum nomine prefatis bonis et omni utilitati ac iuri, quod michi aut ipsis competebat in eisdem et competere posset aliqualiter in futuro. Misi insuper Henricum Elye et Iohannem Ludolfi, predictos provisores predicte ecclesie, et quoslibet eorum successores presentibus mitto nomine prefati altaris in predictorum bonorum possessionem corporalem, firmans ipsis ac predicto altari predictorum bonorum firmam pacem atque bannum. Propter quod volo ipsos et quoslibet eiusdem ecclesie provisores in possessione ac proprietate et libertate eorundem mansorum et suorum pertinentium legitime defendere, warandare et de evictione cavere et ab omni homine disbrigare si, quod absit, litem, inpetitionem aut controversiam ipsis ab aliquo moveri contigerit de eisdem bonis in toto aliqualiter vel in parte, ita etiam, ut, si rector predicte ecclesie sancti Martini quicunque existeret aut gerens vices eius ibidem nollet procurare, quod idem altare singulis diebus de predictorum bonorum proventibus officietur per specialem sacerdotem ad hoc conductum seu conducendum, aut vellet de eodem altari facere beneficium

Digitized by Google

speciale vel aliud aliquid pro sua voluntate de eorundem bonorum proventibus ordinare, ex tunc consules antique civitatis Brunswich unacum provisoribus predicte ecclesie, ipso rectore vel gerente vices ipsius irrequisitis et irrequirendis, tollent eosdem proventus et cum ipsis procurabunt alias ubicunque voluerint singulis diebus dici unam missam, donec ipse rector vel eius vices gerens ordinet, quod predictum altare officietur modo debito et consueto. Ut autem hec omnia et singula premissa firma et rata maneant sine omni exceptione iuris canonici et civilis, presentem litteram in evidens premissorum testimonium duxi *meo sigillo* patenter roborandam. *Nos etiam Wernerus canonicus ecclesie Padelburnensis, Borchardus miles et Guncelinus famulus, fratres, Alheydis et Mya sorores, filii et filie domini Ecberti de Asseborch militis* predicti, necnon Ludolfus de Bortvelde *maritus Alheydis* ac Gevehardus de Bortvelde *maritus Mye filiarum* predicti *domini Ecberti militis*, milites, nostro et earundem uxorum nostrarum prenominatarum nomine recognoscimus presentibus *nostris sigillis* similiter roboratis et protestamur, quod venditioni prenominatorum bonorum et exemptioni eorundem expresse consensimus et utique consentimus, renunciavimus etiam et presentibus renuntiamus omnibus utilitatibus et iuribus pro nobis et nostris heredibus, que nobis aut ipsis in eisdem bonis omnibus predictis competebant et qualitercunque in futuro in perpetuum competere potuissent. Testes huius rei sunt: domini Henricus de Wenden, Wedekindus de Garsnebutle, Ludolfus de Honleghe, Bertoldus de Veltem et Ludegherus de Garsnebutle, milites; necnon Hermannus Wolverammi, Conradus Holtnickerus senior, Eylardus Bonike, Bernardus Drusebant, Henricus Elye, Ludolfus Osse, Rodolfus de Calve, Wedego de Veltstede, Iohannes Ludolfi, Henricus Engelhardi, David Kronesben, Bertrammus de Dammone, Conradus Holtnikerus iunior, Hildebrandus Eleri, Henricus Conradi, Iohannes de Merica, Hildebrandus de Luckenum, Thidericus Thuringus senior, Hermannus Holtnickerus et Henricus de Ursleve, consules et iurati ad consilium pro tempore antique civitatis Bruneswich, et quam plures alii fide digni. Datum Bruneswich anno Domini M°.CCC°.XXI°., in die beate Scolastice virginis.

An rothen Seidenfäden 1) dreieckiges **Siegel Ekberts** wie Abbildung 17 in gelbem Wachs; 2) rundes des **Domherrn Werner** wie Abbildung 24 in rothem Wachs; 3) rundes **Burchards** wie Abbildung 21; 4) dreieckiges **Gunzelins** wie Abbildung 23; 5) u. 6) dreieckiges und rundes Ludolfs und Gebhards von Bortveld ins Andreaskreuz gelegte Gleven.

836. Die Gebrüder Johann und Werner genannt von der Asseburg, Knappen verkaufen unter Zustimmung **Bertolds, weiland ihres Bruders Sohn** das Lehnrecht über 3 Hufen im Aldenhusen dem Ritter Herbold v. Papenheim. **1321 Februar 14.**

Nach Copeibuch aller von Papenheim zur Liebenaw fol. 18 aus d. J. 1571 im Besitz der v. Papenheim.

Nos fratres et famuli Iohannes et Wernherus dicti de Asseborch universis presentem paginam visuris et audituris publice recognoscimus et profitemur, quod cum bona voluntate *Bertoldi filii dilecti fratris nostri pie memorie* et consensu omnium heredum nostrorum vendidimus strenuo militi Herboldo de Papenheim suisque heredibus veris ius pheodi trium mansorum sitorum in Aldenhusen, quos mansos Heinricus famulus de Immedeshusen cum suis pertinentiis universis et casis, que cote dicuntur, a nobis in pheodum habuit et recepit, promittentes nichilominus in presentibus cum nostris heredibus data fide dicto militi et suis heredibus in premissis bonam prestare warandiam. In huius facti et venditionis testimonium presens scriptum *sigillis nostrorum Iohannis et Wernheri fratrum* duximus confortare. Datum et actum in die Valentini martiris, anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo primo.

Digitized by Google

837. Herzog Otto von Braunschweig übereignet mit Consens seiner Brüder Albrecht, Heinrich, Magnus und Ernst 2 Hufen und dazu gehörigen Osterhof in Bortfeld dem in der Martinikirche in Braunschweig in septentrionali parte ecclesie versus baptisterium erbauten Altar, nachdem Ritter Lüdiger von Garssenbüttel, sein Truchseß, diese Güter dem Braunschweiger Bürger Heinrich Elye verkauft, dieser sie aber dem Herzog unter Auftragung des Eigenthums zweier Hufen in Üfingen resignirt hat. **1321 Februar 26.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Braunschweig.

. . Testes etiam sunt: discreti viri Thidericus noster notarius, *Ecbertus de Asseborch et Borchardus filius eius*, Ludolfus et Thidericus fratres de Honlaghe, Ghevehardus de Weverlinghe, milites, fideles nostri. Datum anno Domini M°.CCC°. vicesimo primo, quarto Kalendas Marcii.

An roth seidenen Fäden unbeschädigtes Siegel.

838. Ritter Lüdiger von Garssenbüttel, Truchseß des erlauchten Fürsten Herzog Ottos von Braunschweig, bekennt dem Braunschweiger Bürger Heinrich Elve 2 Hufen in Bortfeld und dazu gehörigen Osterhof verkauft und Herzog Otto bewogen zu haben, das Eigenthum dem Altar in der Martinikirche in Braunschweig zu geben. **1321 Febr. 27.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Braunschweig.

. . Testes etiam sunt: discreti viri Thidericus notarius predicti domini mei ducis, *Ecbertus de Asseborch et Borchardus filius eius*, Ludolfus et Thidericus fratres de Honlaghe, Ghevehardus de Weverlinghe, milites. Datum anno Domini M°.CCC°. vicesimo primo, tertio Kalendas Marcii.

An roth seidenen Fäden unbeschädigtes dreieckiges Siegel mit rechtsgewandtem Adler in gelbem Wachs.

839. Herzog Otto von Braunschweig verspricht dem Boldewin von Knesebeck Schutz hinsichtlich der unterhalb der Burg Braunschweig belegenen kleinen Mühle, Mitgift Margaretha's Wittwe weiland Ritter Boldewins von Knesebeck. **1321 März 21.**

Nach Copie XIV. Jahrh. im Stadtarchiv zu Braunschweig.

. . . Huic rei interfuerunt fideles nostri Borchardus, Guntzelinus, Wernerus et Busso de Bertensleve, *Egbertus de Asseborch*, Bernardus et Wernerus de Sculenburch, milites; Bertrammus de Dammone et Conradus Holtnicker, cives in Brunswik, cum aliis fide dignis. Anno Domini M°.CCC°.XXI°., sabbato ante dominicam Oculi.

840. Boldewin von Knesebeck und seine Bürgen Bodo von Knesebeck, Heinrich von Kröcher und Hüner von Knesebeck, verpflichten sich der Stadt Salzwedel gelobte Sühne zu halten. **1321 März 21.**

Original im Stadtarchiv zu Salzwedel.

. . Presentibus viris honestis infrascriptis, scilicet: Borchardo, Guncelino, Wernero et Bussone de Bertensleve, *Otberto (!) de Asseborch*, Conrado de Rostorp, Hinrico de Boventhen, Bernardo et Wernero de Sculenborch, Henningho de Bodendike et Henningho Crutzemann, militibus, Bertramo de Damme et Conrado Holtnicker, civibus de Brunswick, aliisque multis fide dignis. In omnium horum premissorum evidens testimonium sigilla nostra huic pagine sunt appensa. Actum et datum anno Domini M°.CCC°.XXI°., sabbatho ante dominicam, qua cantatur Oculi.

Von Pergamentstreifen vier Siegel abgefallen. Gedr.: Riedel, Cod. Brand. I. 17, 331. (v. Dr.). — Gercken, Frag. Marchica IV, 19. — Kröcherſches UB. I, 148. Nr. 226.

841. Herzog Otto von Braunschweig bekundet, daß **Ritter Ekbert von der Asseburg**

Digitized by Google

dem Braunschweiger Bürger Ludolf Grube $2^1/_4$ Hufen und einen Hof in Remlingen sowie Hufe und Hof in Hedeper für 77 Mark behufs eines Altars in der Martinikirche zu Braunschweig verkauft habe. **Braunschweig 1321 März 30.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Braunschweig.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Dei gratia Otto dux in Bruneswich omnibus in perpetuum. Cum per motum temporum deperire soleant actiones hominum, nisi eas roboret vivacitas litterarum, hinc est, quod notum esse volumus universis tam presentibus quam futuris, quod *fidelis noster Ecbertus de Asseborch miles* vendidit pro septuaginta septem marcis puri argenti Ludolfo Gruben, burgensi in Bruneswich, tres mansos quartali minus sitos in campis ville Remninghe, Halberstadensis dyocesis, et unam curiam in eadem villa ad eosdem mansos pertinentem et unum mansum situm in campis ville Hedebere, predicte dyocesis, et unam curiam in eadem villa cum omnibus etiam et singulis aliis eorum utilitatibus et iuribus universis, villis, silvis, agris, campis, pratis, pascuis, viis et inviis, ab omni iure advocacie, comicie et quibuslibet servitiis prorsus liberos et solutos, proprietatis et libertatis tytulo, sicut idem *Ecbertus* et predecessores sui eos possederant pacifice et quiete, libere possidendos, quos mansos sic emptos predictus Ludolfus affectans mereri gloriosissimorum sanctorum decem milium militum martirum indubitanda patrocinia donavit et transtulit eos cum omnibus suis pertinentiis et iuribus in dotem altaris, quod in australi parte ecclesie sancti Martini in Bruneswich in honorem martyrum fundavit et construxit, salvis infra scriptis conditionibus, eidem altari dotali iure et ecclesiastica emunitate perpetuo permansuros. Nos igitur hanc emptionem et translationem predictorum bonorum in dotem altaris prefati pro nobis et fratribus nostris Magno et Ernesto, quorum tutelam gerimus, approbantes, eodem Ludolfo Gruben a nobis legaliter petente, misimus Henricum Elye et Iohannem Ludolfi, provisores predicte ecclesie, nomine prefati altaris per gogravium nostrum in predictorum bonorum possessionem corporalem, qui ex parte nostri recepit ab ipsis denarios nostros vulgariter dictos vredhepenninge et auctoritate nostra firmavit ac stabilivit ipsis ac predicto altari legaliter predictorum bonorum firmam pacem atque bannum, in qua bannita taliter libertate et firmata possessione, sicut ratione temporalis iuriditionis et dominii nostra interest, volumus ipsos et quoslibet eiusdem ecclesie rectores ac etiam provisores legitime, prout tenemur, defendere et tueri. Verum quia prenominatus Ludolfus Grube prefatos mansos cum suis iuribus et pertinentiis in dotem predicti altaris cum hiis condicionibus donavit, quod, si aliquis plebanus ecclesie sancti Martini aut gerens vices eius ibidem nollet procurare, ut idem altare singulis diebus de predictorum bonorum proventibus officietur per specialem sacerdotem ad hoc conductum seu conducendum, aut vellet de eodem altari facere beneficium speciale vel aliquid aliud pro sua voluntate de eorundem bonorum proventibus ordinare, ex tunc consules antique civitatis cum provisoribus predicte ecclesie, ipso plebano vel gerente vices eius irrequisitis et irrequirendis, tollent eosdem proventus et cum ipsis procurabunt alias ubicunque voluerint singulis diebus dici unam missam, donec ipse plebanus vel gerens vices eius ordinare voluerit et ordinet, ut predictum altare officietur singulis diebus una missa, nos quia contractus et donationes a conditionibus appositis legem accipiunt, has conditiones pro nobis et fratribus nostris Magno et Ernesto predictis, quorum tutelam gerimus, approbamus, ratificamus et decernimus eas inmutabiliter observandas, non obstante, si aliquem per nos vel successores nostros contigerit presentari ad predictam ecclesiam de eisdem conditionibus nulla facta mentione. Igitur, ut hec omnia et singula sine omni exceptione iuris cano-

Digitized by Google

nici et civilis perpetuo firma maneant atque rata, sigillum nostrum patenter presentibus duximus apponendum. Testes etiam huius rei sunt: honesti viri Thidericus noster notarius, Henricus de Wenden, Widekindus et Ludegherus de Garsnebutle, Ludolfus de Honlaghe, Bertoldus de Velthum, Gevehardus de Weferlinghe, milites, fideles nostri, et plures alii fide digni. Datum Bruneswich anno Domini M°.CCC°. vicesimo primo, tercio Kalendas Aprilis.

An roth seidenen Fäden unverletztes Siegel.

842. Albrecht (von Anhalt) Bischof und Domcapitel von Halberstadt übereignen dem Stift U. L. Frauen daselbst 2 Hufen in dortiger Feldmark, die Stiftsherr Ludolf von Winningstedt, Magister Johannes und Clementia, Wittwe Busso's von Barby, von Heinrich von Veltheim und Alverich Cämmerer von Crottorf erkauft haben. **Halberstadt 1321 März 31.**

Von zwei Originalen im Kgl. Staatsarchiv zu Magdeburg s. R. B. V. Mariae zu Halberstadt Nr. 382 u. 383.

. . Huius rei testes sunt: Wernerus de Wantsleve camerarius, Hermannus de Woldenberch, *Borchardus de Asseborch senior*, Woltherus de Barboy, Thidericus de Vrekeleve, Wernerus de Piscina, Heydenricus dictus Aries, Albertus de Tundersleve, Lodewicus de Wanzsleve, *Borchardus de Asseborch iunior*, Conradus de Winningestede, Lodewicus de Nendorp, Conemundus de Slatheym, Herbordus dictus Mor, nostri canonici; Bertramus de Velthem, Iohannes de Romesleve, Gevehardus de Werstede et Henningus de Quenstede, milites; Alvericus de Werstede, Hinricus de Werstede, Iohannes de Eylsleve, famuli, et alii quam plures tam clerici, quam layci fide digni. Actum et datum Halberstat anno Domini M°.CCC°.XXI°., pridie Kalendas Aprilis.

An beiden Exemplaren an gelb-grünen seidenen Fäden 1) ovales Siegel des Bischofs; 2) rundes des Capitels.

843. Kloster Abbenrode sowie **Burchard von der Asseburg** und andere Ritter bezeugen, daß Johann von Etgersleben der Wittwe Jutte Voß 1 Hufe zu Roden verkauft habe. **1321 April 4.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg s. R. Kloster Abbenrode Nr. 34.

Nos Bertoldus Kosso Dei gratia prepositus, Iohanna abbatissa, Rickarza priorissa totumque collegium sanctimonialium in Abbenrode . . . Nos igitur *Borchardus de Asseburch*, Ludolfus de Winnigstede, Albertus de Werre, Wolterus Spiring, milites rogati a partibus, ut predicta omnia et singula, prout vidimus et audivimus, robur firmitatis optineant, nostra sigilla decrevimus apponenda. Testes huius rei sunt: Fridericus Friso miles, Fridericus de Godenlmsen, Olricus de Strobeke, Brant de Emersleve, Beterlingus, Hincemann de Chetelde, Wernerus de Suderode, Henricus de Kissenbrucke et quam plures alii fide digni. Actum et datum anno Domini M°.C°.C°.C°.XXI., in die beati Ambrosii episcopi et confessoris . .

Von vier Pergamentstreifen Siegel abgefallen, an 5. Stelle in gelbem Wachs wohlerhalten rundes Siegel Walter's Spiring, Baumstamm mit Blättern.

844. Die Brüder Burchard Ritter, Werner und Gunzelin von der Asseburg, Ritter Ekberts Söhne, geben dem Kloster Heiningen die Vogtei über 15 Hufen in Flöthe und Oldenrode und über 5 Hufen zu Bungenstedt, dergestalt, daß **ihre Schwestern Kunigunde und Mechtild** von den 15 Hufen lebenslängliche Gelderente erhalten sollen; auch geben sie dem Kloster ein Pfund Geldes an den 5 Hufen zu ihrer, **ihres Vaters Ekbert und ihrer Mutter Eufemia** Gedächtnißfeier. **1321 Juni 23.**

Vom Original des Heininger jetzt Gräfl. von der Asseburg'schen Archivs auf dem Falkenstein.

We Burchart eyn riddere, Wernher unde Gunzelen brodere van der Asseburch,

Digitized by Google

hern Ekbrechtes sone, bekennet in desseme iegenwordichen breve, dat we mit guden willen unde mit vulborde unser rechten erven hebben ghelaten deme clostere to Heyninghen vor *unses vader* sele twintich hove vogedye, der vefteyne lieghen to Vlotede unde to dem Rode unde vive to Bunghenstede, vredeliken unde eweliken to besittende alsodane wis, dat dat closter to Heyninghen scal gheven von den vefteyn hoven to Vlotede unde to deme Rode *twen unsen susteren*, sunder twivel *Konegunde unde Mechthilde*, twe punt geldes alle iarlikes to erme live, wan sie aver nicht mer ne sint, so scal dat gut des closteres ledich unde los sin. Unde dat we vorbenomeden *brodere* des testamentes los sin, dat we scolden geven vor *unses vader* sele, vortmer so hebbe we gegheven eyn punt geldes deme vorsprokenen clostere van den vif hoven to Bunghenstede to einer iartyt iuwelkes iares *unses vader hern Ecbrechtes unde unser moder vrowen Myen unde unser brodere dryer Burchardes, Wernheres unde Gunzelens* eweleken unde unbrekeliken to blivende. Desser dinghe tuge sint: her Bertram van Veltem, her Ludolf van Veltem, her Ludolf van Bortvelde unde her Gevehart van Bortvelde, riddere. Dat desse dink stede unde gensliken ghehalden werden, to eyner betugunghe, so hebbe *we Burchart unde Wernher unde Guntzelen unse inghesegele* ghehenghen to desseme breve. Desse bref is ghegheven na Goddes bort dusent iar drehundert iar in dem eyn unde twintghesten iare, in dem hilgen avende sunte Iohannes Babtisten.

Drei Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen.

815. Herzog Otto von Braunschweig bekundet den Verkauf von 2 Hufen in Gleidingen bei Denstorf Seitens der Brüder Ludolf und Gebhard von Bortfeld an Kloster Steterburg. **Braunschweig 1321 August 1.**

Nach Copiald. des St. Steterburg a. XV. Jahrh. fol. 78. im Hrzgl. Braunschw. Landeshauptarch. zu Wolfenbüttel.

Zeugen: Ludegherus de Garsnebutle, dapifer noster, *Borchardus de Asseborch, filius quondam Egberti militis*, Thidericus de Honleghe ac Herwicus de Uttesse, milites et fideles nostri . . Datum Brunswik anno Domini M°.CCC°.XXI°., in die beati Petri ad vincula.

816. Die von Barum bekunden, daß **Ritter Burchard von der Asseburg der Lange** Gelder aus der Vogtei zu Goslar von ihnen für 20 Mark einlösen mag. **1321 Aug. 7.**

Vom Original im Gräfl. von der Asseburg'schen Archiv auf dem Falkenstein.

We Roleph von Barum unde Godeke von Barum min neve bekennen an disseme breve *heren Borcharde von der Asseburch deme Langen*, dat he mach losen vif lot unde dre Stendalesche mark in der voghedyge tu Goslere von uns vor tvintich mark Gosleresche wichte unde witte unde dat alsus tvischen hir unde pinkesten, de dar noch anstande is, also beschelichen oftet Roleph von Barum nicht wider ne coft wider sinen neven Godeken vor disser vorbenomeden tit. Oppe dat dit ganz unde stete si, so geve we eme unse truwe unde to einer betughinge so hegge we unse inghesegel hir an. Disse bref is gegeven na den iaren unses heren tusent iar unde drehundert iar an deme einen tvindeghesteme iare, lateren taghe sancti Sixtes.

An Pergamentstreifen in gelb. Wachs dreieckiges Siegel, Helm mit zwei offenen Flügeln; Umschrift unlesbar.

817. Die Gebrüder Johann und Werner von der Asseburg, Knappen verkaufen an Heinrich von Odinchausen den Sebekerbruch, Vogtkorn-Rente im Dorfe Riesel, Wortzins in Brakel, sowie 18 Schillinge aus der Südheimer Mühle für 61 Mark vorbehaltlich der Wiederlöse und belehnen sie damit. **1321 September 20.**

Vom Original im Gräfl. Bocholtz-Asseburg'schen Archiv zu Hinnenburg.

Nos Iohannes et Wernherus fratres de Asseburg famuli universis presens scrip-

Digitized by Google

tum intuentibus seu audientibus notum facimus, quod cum bona voluntate, consilio et consensu *Alheydis uxoris mei Wernheri* antedicti, *Bertoldi fatruelis nostri* ceterorumque nostrorum verorum heredum vendidimus paludem nostram, que Seybekerebroc vulgariter dicitur, cum omnibus suis iuribus et appendiciis in pratis, pascuis, campis, aquis atque silvis et annonam nostram in villa Rysele, que vogetkorn vulgariter nuncupatur, cuius quindecim sunt quartalia siliginis et quindecim quartalia avene, et quoddam ius seu redditus in civitate Brakele, quod worctyns vulgari nomine appellatur, et redditus seu pensionem decem et octo solidorum, quos habemus in molendino de Suthem, scilicet quindecim denariorum, Henrico de Odinchusen famulo, suis fratribus Iohanni et Hermanno ceterisque suis heredibus pro sexaginta et una marcis argenti examinati et eundem Henricum et suos fratres prefatos inpheodamus cum eisdem bonis et redditibus et infeodamus in his scriptis, volentes ipsis nihilominus, ubicunque necesse habuerint, plenam et iustam pre omni inpetitione hereditaria facere warandiam, adiecta huiusmodi condicione, quod prefatas paludem, annonam in Rysele, ius in civitate Brakele ac redditus decem et octo solidorum in molendino Suthem possimus reemere quolibet anno vel nostri heredes prefati in festo purificationis Marie virginis pro sexaginta et una marcis puri argenti antedictis. Condictum est etiam, quod, si prefati Henricus vel sui heredes vellent carere prefatis palude, annona seu iure, quod worctyns dicitur, aut redditibus in molendino Suthem, possent vendere aut obligare cuicunque vellent pro eisdem sexaginta et una marcis puri argenti, cui litteras similes istis ac equivalentes deberemus erogare. In premissorum testimonium duximus presens scriptum *nostris sigillis* roborari, *sub quibus ego Bertoldus* antedictus *sum contentus*. Testes huius sunt: dominus Bertoldus plebanus in Brakele, Wernherus de Brakele, Fredericus de Immessen, Olricus de Nedere, Everhardus de Mengersen, Hermannus de Coven, famuli, et alii quam plures fide digni. Datum in vigilia beati Matthei apostoli, anno Domini M°CCC°.XXI°.

Von zwei Pergamentſtreifen Siegel abgefallen.

818. Ritter Burchard und Knappe Gunzelin, Gebrüder, genannt von der Aſſeburg beurkunden, daß das Stift St. Simon und Judas zu Goslar ihnen die Vogtei über 15 Hufen in Semmenſtedt widerruflich aufgetragen habe. **1321 Oktober 16.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Goslar.

Ego Borchardus miles et Gunzelinus famulus, fratres dicti de Asseborch ad omnium Christi fidelium, quibus presens scriptum videre vel audire contigerit, evidentem cupimus pervenire noticiam publice protestando, quod honorabiles viri ac domini . . decanus et capitulum ecclesie sanctorum apostolorum Symonis et Iude in Goslaria, singularem pro sua reverencia de nobis confidenciam et sinceram gerentes amicicium, nobis advocaciam quindecim mansorum in Zemmenstede sitorum eidem ecclesie Goslariensi pertinentium regendam commiserunt. Preterea recognoscimus obligantes nos nichilominus per presentes fide data, quod absque consensu et arbitrio predictorum dominorum eandem advocaciam non alienabimus, non obligabimus nec processu temporis aliqualiter permutabimus nec in homines ad eadem bona pertinentes aliquas exactiones facere debeamus, sed ipsam ad manus eorundem dominorum et ecclesie Goslariensis tenebimus hominesque ab omni inpeticione et vexatione indebita in quantum poterimus, defendendo eandemque advocaciam, quondocumque ab eisdem dominis requisiti fuerimus, solute et liberaliter resignemus. Preterea recognoscimus, quod postquam nos de hac vita migrare contigerit, si talis advocacia ante non fuerit resignata, absque omni contradictione nostrorum heredum et successorum ad manus predictorum dominorum et ecclesie Goslariensis liberaliter revertetur.

Digitized by Google

Preterea recognoscimus, nos in tali advocacia quindecim mansorum et in hominibus ad eosdem mansos pertinentibus nichil iuris amplius habere preterquam in tribus casibus, qui pertinent ad penam sanguinis, videlicet furto, pugna et rapina. Ut autem hec omnia et singula prelibata a nobis integram et inviolabilem roboris obtineant firmitatem, honorabiles viri ac *consanguinei nostri*, videlicet dominus Lu(dolfus) dictus de Bortvelde, dominus Ber(trammus) de Veltem, dominus Iohannes de Ampleve et dominus Ghe(vehardus) de Weverlinghe, milites, fide data pro nobis et nostris heredibus promiserunt. In huius eciam rei maius argumentum et firmius testimonium predicte ecclesie Goslariensi presentem litteram inde conscriptam *sigillis nostris* et predictorum militum contulimus roboratam. Anno Domino M°.CCC°.XXI°., in die beati Galli confessoris.

An Pergamentstreifen **Siegel Burchards** und **Gunzelins** wie Abbildungen 21 u. 22 und der 4 Bürgen. Das Burchards, das Bortfeldsche und das Weserlingsche in grünem, die übrigen in gelbem Wachs.

849. Die Gebrüder Ritter Erich und die Knappen Lippold und Friedrich von Esbeck bekennen, ihren bei der Aegidienkirche in Quedlinburg gelegenen Hof für 38 Mark Stendalisch den Predigermönchen in Halberstadt verkauft zu haben. **1321 November 8.**

Original im Stadtarchiv zu Quedlinburg Nr. 139.

. . Testes huius rei sunt: nobiles vir dominus Conradus de Meynersem, *dominus Borchardus de Aslebureh(!)*, dominus Iordanus Tupeke, dominus Kago ac Olricus de Nendorp, Wasmodus de Hornhusen, milites; dominus Henricus plebanus in Esbek, frater Gunzelinus prior fratrum predicatorum, frater Gerardus de Oschersleve, frater Iohannes de Berneborch, et quam plures alii fide digni. Actum et datum anno Domini predicto, in die quatuor coronatorum.

Mit vier Siegeln 1) des Halberst. Officialen; 2) 3) 4) der drei Esbeckschen Brüder, beide ersten dreieckig, 4) rund, quergetheilter Schild, oben leer, unten drei Rosen. Gedr.: Janicke, Quedlinburg. UB. I, 70. Nr. 94. (v. Dr.). — Schmidt, UB. d. Stadt Halberstadt I, 308. Nr. 400. (v. Dr. mit Siegelbeschr.).

850. Johann und Werner Brüder genannt von der Asseburg bezeugen, kein Vogteirecht an den Gütern des Klosters Brenkhausen bei Heinhausen und sonstwo zu haben und demselben auch keine Feindschaften erregen zu wollen. **1321 November 13.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Brakel II, 43.

Nos Iohannes et Wernherus fratres dicti de Asseborg universis et singulis presens scriptum visuris notum facimus et publice protestamur, quod in bonis monasterii in Beringhusen, tam apud Heynhusen, quam alibi nullum habemus ius advocatie, nec propter equos dicto monasterio ablatos, aut propter res alias ipsi monasterio pertinentes, contra dominum episcopum Hildensemensem aut alios quoscunque ullas exercemus inimicitias, nec aliquam movemus questionem, quia de rebus dicti monasterii nos nequaquam intromittemus, dantes has litteras *appensione sigillorum nostrorum* roboratas in testimonium super eo. Datum anno Domini M°.CCC°.XX°. primo, feria sexta post octavam beati Martini episcopi.

An Pergamentstreifen in weißem Wachs gebröckelt 1) rundes **Siegel Johanns** wie Abbildung 25; 2) rundes **Werners** wie Abbildung 16.

851. Ritter Erich und die Knappen Lippold und Friedrich, Brüder von Esbeck, schenken an Bischof Albert, Propst Heinrich, Decan Friedrich und Capitel des Stifts Halberstadt das Eigenthum von Gütern in Winningestede bei Reklum, Otenleve, Sehusen bei Meyendorp und Nendorp bei Oschersleben als Entschädigung für Hufen in Esbeke und Solinge. **Esbeck 1321 December 27.**

Nach St. Halberst. Copialb. aus XIV. Jahrh., fol. 63, in Bibl. des Domgymnasiums zu Halberstadt.

Zeugen: strenui milites *Borchardus dictus Lochte de Asseborc*, Bertoldus et Iordanus fratres dicti Tupeken . . . VI°. Kal. Ianuarii.

Digitized by Google

852. **Ritter Burchard von der Asseburg genannt der Lochte** verkauft mit Zustimmung **seiner Söhne Heinrich, Burchard und Ludwig** Mühle und Wiese zu Apelnstedt[1]) an Kloster Riddagshausen. **1322 Januar 13.**

Nach Copiar CCI. (Riddagshausen) fol. 95. im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg.

Nos Borchardus miles de Asseborch dictus Sinister universis hoc scriptum intuentibus volumus esse notum, quod nos de pleno consensu *filiorum nostrorum Henrici, Borchardi, Lodewici* ac aliorum omni beneplacito, qui super hoc fuerant inquirendi, pro XXI marcis puri argenti nobis integraliter persolutis et in utilitatem nostrum conversis, vendidimus ac dimisimus religiosis viris domino abbati et conventui monasterii Riddagheshusen unum molendinum in Apelderstede cum prato ad ipsum pertinente et cum omnibus utilitatibus ac pertinentiis, qui de prefatis bonis nobis solebant annuatim hactenus provenire. Remittimus igitur in hiis scriptis cum *filiis* predictis ac pro omnibus heredibus dictis bonis et eorum attinenciis, nullam volentes prefato monasterio in futurum inferre super hiis molestiam seu movere in perpetuum questionem aut aliquam actionem. Sed bona fide cum eisdem *filiis nostris*, prout de iure tenemur, de illis firmam volumus warandiam exhibere nec quicquam iuris in prefatis bonis nobis aut heredibus nostris in posterum reservamus seu reservare intendimus, per quod supradicta venditio et ipsorum religiosorum quieta possessio valeat perturbari. In quorum omnium testimonium *sigillum nostrum* huic scripto fecimus applicari. Datum anno Domini M°.CCC°.XXII°., Ydus Ianuarii.

[1]) Vergl. Nr. 833.

853. Knappe Bertold von Bodenrode bittet **Ritter Burchard von der Asseburg den Langen,** an seiner Stelle Diderich von Stockem mit einer Hufe zu Scoderstede[1]) zu belehnen. **1322 Januar 22.**

Vom Original im Gräfl. von der Asseburg'schen Archiv auf dem Falkenstein.

Famoso viro domino suo domino Borchardo de Asseborch Longo Bertoldus de Bodenrode famulus serwicium suum ad beneplacita sua quelibet expositum et paratum. Noveritis me unum mansum in Scoderstede situm, quem a vobis in pheodo tenui, Thiderico de Stochem exhibitori presencium vendidisse, unde dictum mansum in hiis scriptis resigno ad manus Thiderici vobis supradicti, rogans intimo cum affectu, quatenus sepedictum mansum dicto Thiderico ac suis heredibus iusto pheodali titulo conferre dignemini mei perpetui servicii ob respectum. In cuius rei testimonium sigillum meum duxi presentibus apponendum anno Domini M°.CCC°.XXII°., in die beati Vincencii martiris.

An Pergamentstreifen in gelbem Wachs dreieckiges Siegel, Baumstamm mit abgestützten Ästen in Form eines Hirschgeweihes. [1]) Nach Hassel und Bege II, 47 Wüstung bei Königslutter. So auch Grote, Verzeichn. wüster Ortsch. S. 25. s. v.

854. Berhard Bischof, Werner Dompropst, Ludolph Domdecan und Domcapitel von Paderborn bekennen, daß das bewilligte subsidium charitativum von $^1/_{10}$ aller Einkünfte für ein Jahr nicht von Rechtswegen gegeben sei, und versprechen denen, die zum Kaufe **der Hinnenburg** es gegeben, daß diese **Burg,** falls sie erhandelt werde, offen sein und ebensowenig wie Stadt Brakel ohne Einwilligung veräußert werden solle. **1322** (III. Kal. Martii) **Februar 27.**

Nach Copeibuch aller von Papenheim zur Liebenaw fol. 51. aus d. J. 1571 im Besitz der v. Papenheim.

Erwähnt: Spilcker, Everstein UB. S. 282. Nr. 337.

855. Herzog Otto von Braunschweig, für sich und als Vormund seiner Brüder Magnus und Ernst, übereignet dem Braunschweiger Bürger Heinrich Elye die Hälfte der den

Digitized by Google

Brüdern Burchard und Gebhard von Bortfeld wohnhaft auf Burg Hagen resignirten Fischerei in Ölper (Elbere). **Braunschweig 1322 März 14.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Crucis).

Zeugen: Ludolfus de Honlaghe, *Borchardus filius quondam Eberti de Asseborch*, Ludegherus de Garsnebutle, milites, fideles nostri . . Actum et datum Bruneswich anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo secundo, pridie Idus Marcii.

An roth seidenen Fäden unverletztes Siegel.

856. Die Gebrüder Johann und Werner von der Asseburg, Knappen übertragen das Lehnrecht über 2 Hufen in Reken und ½ Hufe in Wepelde **ihrem Schwager** Ritter Herbold von Papenheim. **1322 April 2.**

Nach Copeibuch aller von Papenheim zur Liebenaw fol. 55. aus d. J. 1571 im Besitz der v. Papenheim.

Nos Iohannes et Wernherus fratres de Asseburgk, famuli, ceterique nostri veri heredes publice recognoscimus in his scriptis lucide protestando, quod dedimus et in presentibus damus dominationem pheodi super duos mansos in villa Rekene, quos puelle Elizabeth et Cunegundis de Wellede a nobis in pheodo tenent, et dominationem pheodi, que Leuwe Wilgadtessen dicitur, super dimidium mansum in villa Wepelde, quem Herboldus et Adolphus, fratres de Budelsdorp, famuli a nobis in pheodo tenent, Herboldo de Papenheim, militi, *nostro sororio*, et suis veris heredibus, nunc et in perpetuo duraturam. In premissorum testimonium duximus *nostra sigilla* presentibus apponenda. Datum feria sexta proxima ante festum Palmarum, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo secundo.

857. Die Gebrüder Johann und Werner von der Asseburg, Knappen fordern die von Budelsdorf und Welda auf, Belehnung über ¼ Hufe in Wepelde und 3 Hufen in Reken von jetzt von **ihrem Schwager** Ritter Herbold von Papenheim zu empfangen. **1322 April 2.**

Nach Copeibuch aller von Papenheim zur Liebenaw fol. 55v. aus d. J. 1571 im Besitz der v. Papenheim.

Honestis famulis Herboldo et Adolpho, fratribus de Budelsdorp, et puellis honestis, Elizabeth et Cunegundt sororibus de Wellede, *Iohannes et Wernherus fratres de Asseburgk, famuli,* et eorum heredes syncerum affectum cum effectu. Mandamus vobis et rogamus quomodocunque inpheodationem dimidii mansi, quem vos de Budelsdorp in villa Wepelde a nobis habetis, et inpheodationem duorum mansorum in villa Rekene, quod vos sorores de Wellede a nobis habetis, ab Herboldo de Papenheim milite, *nostro* [1]) *sororio*, et suis veris heredibus, sicut hactenus a nobis recepistis, recipiatis, quod eisdem dominationem pheodi contulimus, nunc et in perpetuum duraturam. Et ut libentius faciatis, *nostra sigilla* presentibus sunt appensa. Datum feria sexta proxima ante festum Palmarum, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo secundo.

[1]) Copial hat irrig meo.

858. Diderich und Conrad, Brüder genannt vom Dike, Knechte, Olrichs Söhne, und Ritter Conrad vom Dike bekennen, den Brüdern des Deutschen Hauses zu Goslar 5 Hufen, Hof und Wiese zu Weddingen verkauft zu haben und leisten dafür Gewähr sunder alleine vor den *van der Asseborch*. **1322** (an sunte Servatius daghe) **Mai 13.**

Nach Copiar. curiae ordinis B. V. Mariae Theutonicorum in Goslaria aus XVI. Jahrh. fol. 47' im Königl. Staatsarchiv zu Hannover.

859. Albrecht (von Anhalt) Bischof und Domcapitel von Halberstadt übereignen dem

Digitized by Google

Stift U. L. Frauen daselbst 1 Hufe zu Veltheim, welche die Salleute Johanns vom h. Kreuz vom Ritter Ludolf von Winningstedt gekauft haben. **Halberstadt 1322 Mai 17.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg, s. R. Stift B. V. Mariae zu Halberstadt Nr. 388.

. . Huius rei testes sunt: Wernherus de Wanzsleve camerarius, Hermannus de Woldenberch, *Borchardus de Asseborch senior*, Woltherus de Barbuye, Thidericus de Vrekeleve, Wernerus de Piscina, Heydenricus dictus Aries, Albertus de Tundersleve, Albertus de Brunswik, Lodewicus thesaurarius, Lodewicus de Wanzsleve, *Borchardus de Asseborch iunior*, Lodewicus de Nendorp, Conemundus de Slatheym, Herbordus dictus Mor, nostri canonici; Bertramus de Velthem, Iohannes de Romesleve, Gevehardus de Werstede, milites; Alvericus de Werstede, Hinricus de Dorstad, Iohannes de Eylsleve, famuli, et alii quam plures tam clerici quam layci fide digni. Actum et datum Halberstat anno Domini M°.CCC°.XXII°., feria secunda in Rogationibus, in capitulo nostro generali.

An grün-roth seidenen Schnüren Siegel des Bischofs und des Capitels.

860. Herzog Otto von Braunschweig und Lüneburg und seine Söhne Otto und Wilhelm errichten mit ihren Vettern, Otto, Magnus und Ernst Herzögen von Braunschweig ewiges Bündniß und Erbverbrüderung über beide Herzogthümer. **Celle 1322 Mai 29.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Hannover.

. . Desser rede sin tughe: her Herbord van Mandesle, her Boldewin van Wenden, her Ian unde her Diderik van Alten, her Ian van Saldere de iunghe unde her Thiderik Pawenberg, use riddere unde use man, her Hinrik van Wenden, her Guncelin unde her Bosse van Bertensleve, her Ludolf van Holleghe, her Ghevert van Weverlinghe unde *her Borchard von der Asseborch*, user vedderen riddere, unde andere bedderver lude noch. Desse bref is ghegeven unde desse vorscrevenen dingh sin gheschen to Zelle na Godes bort dusent iar drehundert iar, in dem twei unde twinteghesten iare, in dem hilleghen avende to Pinksten.

Vom ersten Pergamentstreif, grosses Siegel Herzog Otto's, dessen Bruchstücke daneben liegen, abgefallen, am 2. u. 3. verlegte kleinere runde Otto's und Wilhelm's. Gedr.: Sudendorf, UB. z. Gesch. d. Herz. v. Braunschw. u. Lüneb. I, 203. Nr. 365. (v. Or.). — Riedel, Cod. Brand. A. XXV, 194—196.

861. Burchard genannt der Lange und Burchard genannt der Lochte Brüder, genannt von der Asseburg, Ritter, verkaufen den Brüdern des Deutschen Ordens 5 Hufen in Weddingen. **1322 Juni 3.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Hannover (Weddingen Nr. 13).

Quoniam labilis est hominum memoria, necesse est, quod de re gesta fiat scriptura, que testimonium perhibeat rei geste. Notum sit igitur universis presentibus et futuris, quod *nos Borchardus dictus Longus et Borchardus dictus Lochte, fratres dicti de Asseborch, milites*, vendidimus cum omnium heredum nostrorum ac quorum interest, pleno consensu bonaque voluntate religiosis viris, fratri Theoderico de Bentzigerodhe, commendatori terre Saxonie ceterisque fratribus ordinis militie Christi domus Theutonice eorundemque successoribus omnibus, quinque mansos, sitos in campis ville Wedinghe, tempore longo propter dissencionem *nostrorum cognatorum de Piscina* dictorum incultos, cum omnibus suis pertinenciis, usufructu tam in villa, quam in campis, areis, pratis, paseuis, silvis, aquarum meatibus, viis et inviis, iure ac titulo proprietatis et libertatis perpetuis temporibus possidendos, nec non eosdem mansos ipsis appropriamus et in eorum ordinem libere transferimus per presentes, volentes insuper et bona fide fyrmiter promittentes, ipsos

Digitized by Google

fratres in possessione, proprietate, libertate predictorum mansorum et pertinentium eorundem legittime defendere ac pre omnibus, exceptis filiis Olrici de Piscina, firmam prestare warandiam, quotiens et quando id a nobis fuerit requisitum, ac nos nostrosque heredes velle venditionem prefatorum mansorum cum suis pertinentiis firmam atque ratam inviolabiliter observare. Ceterum *ego Borchardus Leme dictus de Asseborch famulus, predictorum militum frater*, etiam recognosco sub *sigillo meo* presentibus *post sigilla fratrum meorum appenso*, quod venditio dictorum mansorum cum pertinentiis omnibus eorundem facta est cum mea voluntate, renuntians eisdem plane, nunquam verbo vel opere quomodolibet impeturus aut impediturus eosdem aut quicquam pertinentium illorum mansorum in toto similiter et in parte. Testes huius rei predicte sunt: dominus Ludolffus nobilis de Werberghe, Ludolffus de Winningstede et Albertus de Werre, milites, et plures alii fide digni. Et in maioris certitudinis evidentiam presens scriptum dedimus eis, *sigillorum nostrorum* ac *sigilli fratris nostri* predicti simul et sigillorum prefatorum testium presentibus ob petitionem nostram appensorum appensione firmiter communitum, prebere testimonium de premissis. Actum et datum anno Domini M°.CCC°.XXII°., feria quarta in ebdomada Penthecostes.

An Pergamentstreifen wohl erhalten in gelbem Wachse 1) dreieckiges **Siegel Burchards des Langen** wie Abbildung 14; 2) dreieckiges **Burchards des Lochten** wie Abbildung 15; 3) dreieckiges **Burchards Leme** wie Abbildung 18; 4) dreieckiges Ludolfs von Werberg, Stamm mit herzförmigen Blättern und drei Wurzeln; 5) dreieckiges Alberts v. W., vier Reihen heraldischen Pelzwerks; 6) rundes Ludolfs v. W. Gestalt, die ihre Rechte auf dreieckigen Schild stützt, in der Linken Helm trägt.

862. Heinrich Graf zu Blankenburg übereignet an Dietrich von Benzingerode Landcomtur in Sachsen für das Deutschordenshaus in Langeln 2½ Hufen in Ergstedt vogtei- und lastenfrei für 30 Mark. **1322 Juni 5.**

Original im Gräfl. Stolberg-Wernigerode'schen Archiv zu Wernigerode.

. . . Disses is tuch die ersam man *Borchert von Moringhe, domherre to Halberstad*, unde die duchtighen man Heneke die langhe, Heneke die lutteke von Hoyen, riddere; Henning von Wighenrode, Hannes Rese, Hannes Stekeling, knechte, unde andere vrome lude . . . an sente Bonifatius daghe des hilghen bischopes.

An violett und grünen Seidenfäden 3 Siegel. Gedr.: Jacobs UB. v. Langeln S. 42. Nr. 59. (v. Dr.).

863. Knappe Conrad von Goslar verzichtet zu Gunsten der Brüder des Ordens vom Deutschen Hause auf Ansprüche an von diesen erkaufte 5 Hufen in Weddingen, die wegen Streits zwischen denen vom Dike (Piscina) und **von der Asseburg** unangebaut geblieben sind. **1322** (die beati Albani martiris) **Juni 21.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Hannover.

An Pergamentstreifen Fragment dreieckigen Siegels in gelbem Wachs: Balken mit Rankenverzierung.

864. Graf Heinrich von Blankenburg schenkt mit Consens seiner Söhne Heinrich, Poppo und Hermann und Tochter Gerburg, zum Seelenheil seiner Gemahlin Sophie dem Kloster Michaelstein 1 Hufe in Westerhausen, womit Bernard von Olvenstedt belieben gewesen. **1322 Juni 24.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. Michaelstein).

Zeugen: dominus Fridericus decanus maioris ecclesie in Halberstad, dominus Lodewicus thesaurarius ibidem, *dominus Borchardus de Moringhe*, dominus Bethemannus dictus de Orner, dominus Gevehardus et dominus Hinricus frater eius dicti

Digitized by Google

de Hoyem; Hennighus de Wighenrode, Iohannes dictus Stigheling, famuli . . . Datum et actum anno Domini M°.CCC°.XXII°., Iohannis Baptiste.

Mit Siegeln der Grafen Heinrich und Poppo; die des Grafen Hermann d. J. und des Edlen (Burchard) von Schraplau abgefallen. Gedr.: Kröcher, Geſch. des Geſchl. v. Olvenſtedt S. 73 (v. Or.).

865. Werner von der Aſſeburg, Domherr von Paderborn und Archidiacon des Sitzes Höxter, verkündet Rechtsſpruch im Proceß zwiſchen Johann von Wölſen und dem Hörterſchen Capitel über Jahresrente aus dortigem Hauſe. **1322 Oktober 30.**

Vom Original im General-Vicariatsarchiv zu Paderborn.

Nos Wernherus de Asseborch, canonicus ecclesie Paderbornensis et archidiaconus sedis Huxariensis, in causa Iohannis de Voltessen et capituli Huxariensis secundum litteras et instrumenta per causam, que vidimus super domo quondam Iohannis de Svalenberg et super censu annuo ex eadem domo vendita, de consilio discretorum dicimus pro iure, quod Iohannes de Voltessen ratione prioris emptionis et possessionis primo de censu domus debet annuatim recipere V marcas Huxarienses, deinde capitulum Huxariensis ecclesie et dominus Hermannus de Ponte ratione posterioris emptionis et possessionis de annuo censu eiusdem domus debent recipere duas marcas, postremo supradictus Iohannes, qui de pensione predictarum V marcarum primarum annis pluribus sibi succedentibus tanta summa caruit, quod pro illa rehabenda redditus annuos unius marce recipere ex domo illa consensit, illam marcam recipere ultimo debet, ut sic habeant illum ordinem in census receptione, quem habuerunt in census emptione. Item dicimus pro iure, si predictus Iohannes domum illam locavit sine capituli Huxariensis et domini Hermanni de Ponte noticia seu requisitione, vel domum personaliter illam inhabitavit, ipse tenetur capitulo seu domino H(ermanno) suam portionem solvere de censu domus. Item dicimus, quod locatio domus semper fieri debet per Iohannem cum noticia et consensu domini Hermanni seu capituli Huxariensis. Item dicimus, si domus illa absque culpa et negligentia Iohannis de Voltessen et capituli perit, ne possit ex ea haberi in toto census VIII marcarum, ultimus emptor primo carebit et deinceps ordine retrogrado ad emptorem primum. Si domus reparanda est, hoc fieri debet communibus expensis emptorum, secundum ratam et quantitatem pecunie, quam quilibet eorum habet in domo, ut hiis, qui plus de censu recipit, plus ad reparationem apponat. Actio de negligentia seu de fraude et dolo alteri contra alterum salva permaneat. Hec, que pro iure diximus, pro iure precipimus a partibus obseruari. Datum anno Domini M°.CCC°.XXII., sabbato ante festum omnium sanctorum.

An Pergamentſtreifen unkenntliche Siegelreſte braunen Wachſes.

866. Nikolaus Propſt, Adelheid Priorin und Capitel des Kloſters Marienberg vor Helmſtedt bekunden dem Rathe zu Helmſtedt die Erbauung einer Kapelle in dem vor Helmſtedt belegenen Hoſpital geſtattet zu haben. **Marienberg 1322 December 24.**

Vom Original im Herzogl. Braunſchw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. Marienberg).

. . In cuius rei testimonium sigilla nostra una cum sigillis venerabilis domini nostri domini Wilhelmi abbatis ecclesie Werdinensis, consulum in Helmestad predictorum, domini Ludolfi nobilis de Werberche *et domini Burghardi famosi militis de Asseburch,* qui dictis placitis interfuerant, presenti littere sunt appensa. Et nos Wilhelmus Dei gratia abbas ecclesie Werdinensis, consules in Helmestad, Ludolfus nobilis de Werberghe et *Burghardus miles de Asseburgh* supradicti ad rogatus domini prepositi, domine priorisse prefatorum et tocius capituli ecclesie Montis sancte Marie sigilla nostra apponi fecimus huic scripto. Testes huius sunt: dominus Adolfus in Helmestad, dominus Reynerus in Honsleve, plebani, dominus Ericus de Esbeke et

Digitized by Google

dominus Ermbertus de Lageleghe, milites, et alii quam plures clerici et layci fide digni. Datum in Monte sancte Marie anno Domini M°.CCC°.XXII°., in vigilia nativitatis Domini.

An Pergamentstreifen gut erhalten Siegel des Abtes, Convents, Propsts von Marienberg, der Stadt Helmstedt, des Edlen v. Warberg und **Ritter Burchards** wie Abbild. 15. Gedr.: Schmidt, De hospit. St. Annae. Helmstadii 1715. 4to. pag. 38.

867. Burchard Domherr zu Halberstadt, genannt von der Asseburg, bestätigt den von **seinen Brüdern Burchard dem Langen und Burchard dem Lochten von der Asseburg, Rittern,** geschehenen Verkauf von 5 Hufen in Weddingen an die Brüder des Deutschen Ordens. **1322.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Hannover (Weddingen Nr. 12).

Ad notitiam omnium quorum interest seu interesse poterit, *nos Borgardus ecclesie Halberstadensis canonicus dictus de Asseborch* deducimus per presentes, quod venditionem quinque mansorum in campis ville Weddinge cum omnibus iuribus et attinentiis sitorum, quam *nostri fratres, Borgardus dictus Longus et Burgardus dictus Lochte, strenui milites et honesti de Asseborch* fecerunt, fratri Theodorico de Betzingerode, ordinis domus Theutonice, commendatori per terram Saxoniam constituto, et nomine suo ordini prelibato firmam ac ratum habentes ac, si quid iuris in eisdem mansis habuimus seu habere poteramus, in predictum fratrem Theodoricum et sui nomine in ordinem domus Theutonice transferimus per presentes. In cuius rei testimonium *sigillum nostrum* duximus apponendum. Datum et actum anno Domini M°.CCC°.XXII°.

An Pergamentstreifen in weißem Wachs ovales **Siegel des Domherrn Burchard** wie Abbildung 19.

868. Jutta, Gemahlin Conrads Edlen von Werberg, genehmigt Verkauf von 5 Hufen in Weddingen an die Brüder des Deutschen Ordens Seitens **ihrer Brüder Burchard des Langen und Burchard des Lochten, Ritter von der Asseburg 1322.**

Nach Copiar. curiae ordinis B. V. Mariae Theutonicorum in Goslaria aus XVI. Jahrh. fol. 17. im Königl. Staatsarchiv zu Hannover.

Ad notitiam omnium, quorum interest seu interesse poterit, *nos Iutta uxor nobilis viri domini Conradi de Wereberch* deducimus publice per presentes, quod venditionem quinque mansorum in campis ville Wedingen cum omnibus iuribus et attinentiis sitorum, quam *nostri fratres Borchardus dictus Longus et Borchardus dictus Lochte strenui milites et honesti de Asseborch* fecerunt, fratri Theodorico de Bentzigerode, ordinis domus Theutonice commendatori per terram Saxoniam constituto, et nomine suo ordini prelibato firmam et ratam habentes, ac si quid iuris in eisdem mansis habuimus seu habere poteramus, in predictum fratrem Theodoricum et sui nomine in ordinem domus Theutonice transferimus per presentes. In cuius rei testimonium *sigillum nostrum* presentibus duximus apponendum. Datum et actum anno Domini M°.CCC°XXII°.

869. Heinrich Graf von Blankenburg verkauft an Heidenreich Aries, Domherrn von Halberstadt, 3 Hufen zu Ergstedt. **Blankenburg 1323 Januar 25.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg, s. R. Hochstift Halberstadt XIII. Nr. 122.

. . Huius venditionis testes sunt: honorabiles viri domini Lodwicus de Honsteyn thesaurarius, Syfridus de Regensteyn, *Borchardus de Asseburch senior, Borchardus de Asseburch iunior, canonici ecclesie Halberstadensis,* et strennui milites: Iohannes de Romesleve, Gevehardus de Werstede, Iohannes de Harttesrode et famuli

Digitized by Google

Iohannes Stychelyng, Iohannes Rese, Hennigus Wigenrode et Hinse de Westerhusen, et alii quam plures . . . Datum Blankenburch anno Domini M°.C°.C°.C°. vicesimo tercio, in die conversionis beati Pauli apostoli.

An grün-rothe seidenen Schnüren in dunkel gelbem Wachs 1) großes rundes Siegel des Ausstellers, Schild mit Helm, seitwärts 2 sechsblätterige Rosen; 2) Heinrichs des Jüngern kleines rundes Siegel, Figur, in der Rechten Sperr, mit der Linken kleinen Schild haltend; 3) rundes Siegel Poppos, im Siegelfelde die Blankenburger Hirschstange.

870. Die Ritter Burchard der Lange und Burchard der Lochte von der Asseburg verkaufen dem Siechenhause St. Leonhard vor Braunschweig 1 Hufe, 1 Hof, 3 Hofstellen und 2 Wiesen in Rautheim. **1323 April 4.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Braunschweig.

In nomine sancte et individue Trinitatis. *Borchardus Longus et Borchardus Lochte fratres, milites dicti de Asseborch,* omnibus in perpetuum. Ad noticiam omnium tam presentium quam futurorum publice volumus pervenire, quod concordi voluntate cum consensu *fratris nostri domini Borchardi Halberstadensis ecclesie canonici ac dilectarum sororum nostrarum Iutte et Conegundis et filiorum meorum et filie mei scilicet Borchardi Longi* predicti, videlicet *Borchardi Halberstadensis ecclesie canonici, Borchardi, Borchardi, Borchardi, Borchardi et Richeydis, et filiorum ac filiarum mei,* scilicet *Borchardi dicti Lochten* predicti, videlicet *Borchardi Lodewici, Borchardi, Ecberti, Conegundis, Ode, Richeydis, Mechtildis* et omnium propinquorum nostrorum, quorum consensus de iure vel de consuetudine fuerat requirendus, vendidimus in perpetuum congregationi seu communitati leprosorum ad sanctum Leonardum apud civitatem Bruneswich commorantium unum mansum situm in campis ville Rothne et curiam unam et tres areas in eadem villa et duo prata ad eandem mansum pertinentia cum omnibus aliis eorum utilitatibus seu pertinentiis universis, villis, silvis, campis, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, viis et inviis ab omni iure comicie, advocatie et qualibet servitute prorsus libera, proprietatis et libertatis tytulo, sicut *nos et progenitores nostri* eadem bona possedimus, libere et quiete perpetuo possidenda et misimus Thidericum Dhoring et Olricum Gygantis, burgenses in Bruneswich, provisores dictorum leprosorum, tam suo quam eorundem leprosorum nomine in predictorum bonorum possessionem corporalem, renunciantes in Dei nomine pro nobis et nostris heredibus eisdem bonis et omni utilitati et iuri, quod nobis in eisdem bonis competebat et competere potuisset in futuro. Promisimus etiam et promittimus per presentes predicte congregationi seu communitati et earum provisoribus, tam presentibus quam futuris, quod volumus ipsos in possessione, proprietate ac libertate predictorum bonorum legitime defendere et ab omni homine disbrigare, si, quod absit, litem, inpeticionem aut controversiam movere contigerit de aliquo premissorum. Ad que omnia et singula sine omni exceptione cuiuslibet iuris perficienda nos obligamus per presentes et esse volumus obligati. In quorum omnium evidens testimonium *sigilla nostra una cum sigillis predicti fratris nostri et Borchardi, Borchardi filiorum mei, Borchardi Longi predicti, et Conradi nobilis de Werberghe et Iohannis de Saldere senioris, militum, maritorum predilectarum sororum nostrarum,* presentibus sunt appensa. Nos etiam Conradus nobilis de Werberghe et Iohannes de Saldere senior, milites iam dicti, recognoscimus, quod coniuges nostre venditionem predictorum bonorum ratam habentes cum expresso consensu nostro renunciaverunt eisdem bonis et omni iuri et utilitati, quod eis in eisdem bonis competebat et competere potuisset in futuro, quam ratihabitionem et renuntiationem ipsarum nos approbantes sigilla nostra pro nobis

Digitized by Google

et ipsis ad petitionem fratrum suorum dictorum presentibus duximus apponenda. Testes huius rei sunt: Hermannus Wulverammi, Conradus Holtnicker senior, Iohannes Ludolfi, Conradus Holtnicker iunior, Thidericus Dhoring senior, Bernardus Cale, Olricus Gygantis, burgenses in Bruneswich, et quam plures alii fide digni. Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo tercio, in die beati Ambrosii confessoris.

An Pergamentſtreifen in gelbem Wachs 1) verletztes dreieckiges **Siegel Burchards des Langen** wie Abbildung 14; 2) ſpitzovales **des Domherrn Burchard des Älteren** wie Abbild. 19; 3) ſpitzovales **des Domherrn Burchard des Jüngeren** wie Abbildung 20; 4) dreieckiges **Burchards** wie Abbildung 26; 5) dreieckiges **Burchards des Lochten** wie Abbild. 15; 6) dreieckiges Conrads von Werberg, zwei aus Stamm und Wurzel aufgeſchoſſene Blätter; 7) abgefallen.

871. Äbtiſſin Sophia von Heerſe ſchenkt an Bernhard (von der Lippe) Biſchof von Paderborn das Obereigenthum über **Veſte Hinnenburg** und Stadt Brakel, ſowie über 7 Hufen, welche mit genannter Veſte **die Brüder Werner und Johann (von der Aſſeburg) von Hinnenburg** der Kirche zu Paderborn zu verkaufen beabſichtigen. **1323 April 10.**

Sophia Dei gratia abbatissa secularis ecclesie Herisiensis salutem omnibus in perpetuum. Temporales actus mortalium delet oblivio, nisi fideli scripturarum testimonio posteris innotescant. Quapropter notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod nos cum conventu nostro plures tractatus publicos et solemnes habuimus et observatis omnibus, que de iuris vigore servari debuerunt, tandem de pleno consensu et cum bona voluntate ipsius conventus nostri et omnium illorum, quorum in hoc fuerat consensus merito requirendus, donavimus et donamus venerabili domino nostro Bernhardo episcopo, capitulo ecclesie Paderbornensis donatione vera, plena et perfecta atque ex nunc in perpetuum valitura proprietatem ac verum et directum dominium *castri Hyndeneborch* et civitatis Brakele, prout murorum et fossarum ambitu includuntur, et proprietatem septem mansorum ante ipsum *castrum* sitorum, quos mansos *Wernherus et Iohannes fratres de Hyndeneborch una cum castro* Paderbornensi ecclesie vendere decreverunt, prout illi mansi in toto seu in parte a nobis et ecclesia nostra descendebant. Tradimus etiam et assignamus eidem domino episcopo et ecclesie sue tenutam et corporalem possessionem proprietatis predicte et statuimus, ut hi, qui predictum *castrum Hyndeneborch* et civitatem Brakele ac dictos septem mansos a nobis hactenus in feudo tenuerunt et de iure tenere et recipere debuerunt, infeudationem huiusmodi a domino episcopo et ecclesia Paderbornensi petere, requirere et recipere ac tenere amodo teneantur, hac donatione in suo robore stabiliter in perpetuum duratura, omne ius antiquum in civitate Brakele et quidquid utilitatis, honoris et commodi nos et ecclesia Herisiensis et ecclesie persone atque homines nobis et ecclesie Herisiensi pertinentes olim habuimus, excepta sola proprietate fundi[1]) dicte civitatis Brakele, nobis reservamus et specialiter nobis in perpetuum retinemus. Et ut in donatione predicte ecclesie Paderbornensi plenius caveamus, ubicunque opportunum fuerit, faciemus ecclesie eidem de proprietate predicta, per nos liberaliter donata, plenam recognitionem et veram warandiam, tam verbis quam scriptis, domini episcopi Paderbornensis, qui pro tempore fuerit et sui capituli et ecclesie in hoc articulo suffragio accedente. Ut autem hec, que per nos liberaliter pro utilitate Paderbornensis ecclesie acta sunt, in perpetuum observentur et in oblivionem non deducantur, presentem litteram desuper confectam sigillorum nostrorum, scilicet abbatisse et conventus Herisiensis, appensione duximus roborandam. Nos vero prepositi, decana et conventus ecclesie

Digitized by Google

Herisiensis supradicta omnia recognoscimus esse vera et pro testimonio nostre ratificationis, approbationis, voluntatis et consensus sigillum nostrum apposuimus huic scripto. Testes huius rei sunt: Ludolphus decanus ecclesie beatorum Petri et Andree Paderbornensis, Liborius canonicus ecclesie Bileveldensis et notarius reverendi domini episcopi Paderbornensis, Bertholdus et Henricus presbiteri ebdomedarii ecclesie Herisiensis, Henricus capellanus domine abbatisse ecclesie predicte; Raveno de Driborch, Hermannus de Herse, milites; Henricus Bulemast, Everhardus de Zelingdorp, officialis domini episcopi predicti, famuli, et alii quam plures fide digni. Datum die dominica, qua cantatur Misericordia Domini, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo tercio.

Gedr.: Schaten, Ann. Pad. ad ann. 1223. Schon Wessen nimmt Gesch. des Bisth. Paderborn I, 231 an, daß die Urk. v. J. 1323 sei und von seiner Hand ist in Abschr. derselben im Lib. Var. VI, 45 u. 46 (auf Theodor. Bibl. zu Paderborn) das ducentesimo unterstrichen und tricentesimo an den Rand geschrieben. Außerdem findet sich da auch von der Hand Ferdinands von Fürstenberg, Fürstbischofs von Paderborn, die Notiz: „collat. cum copia copiarii B. n. 15. a. 1666, 10 April". Hiernach wird Schatens Druck gefertigt sein und nicht nach Abschr. in Lib. Var. XII., wo sich richtige Jahreszahl findet. Erwähnt, Spilcker, UB. z. Gesch. d. Grafen v. Everstein S. 283, wo ebenfalls auf unrichtige Jahreszahl hingewiesen wird, die auch Giefers, Zeitschr. für Gesch. u. Alterth. Westfal. XIV, 358, 361 nachweist. Auch Strunk, Not. critic. ad Schaten (Manuscript auf Theodor. Bibl. zu Paderborn) rügt fol. 426 den Irrthum mit den Worten: ingens hic error est, literaeque istae toto saeculo postponendae ac reiiciendae sunt in annum 1323 u. s. w. [1]) Schaten hat hier fendi.

872. Bernhard (von der Lippe) Bischof von Paderborn ertheilt der Äbtissin und Kirche von Herfe zum Dank für Übertragung der **Veste Hinnenburg** verschiedene Privilegien. **1323 April 10.**

Nach Böddeker Copiar fol. 246 aus XV. Jahrh. im Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg.

Bernhardus Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus salutem omnibus in perpetuum. Noscat universorum fidelium, tam presentium quam futurorum, sincera caritas, quod donationem proprietatis *castri Hindenborch* et civitatis in Brakele et septem mansorum ante *castrum Hindenborch* sitorum, quos quidem mansos una cum *castro Wernerus et Ioannes fratres de Hindenborch* nobis et ecclesie nostre vendere decreverunt, prout mansi illi in toto vel in parte ab ecclesia Herisiensi descenderunt, quam domina Sophia abbatissa secularis ecclesie Herisiensis de consensu sui conventus nobis et ecclesie nostre perpetua donatione donavit et tradidit, gratam gerimus et acceptam eiusque donationem in hoc facto multipliciter commendamus et, ut eadem domina abbatissa ac Herisiensis ecclesia in posterum in perpetuum sentiat, se a nobis perfectam gratitudinem recepisse, de consilio, beneplacito et pleno consensu honorabilium dominorum prepositi, decani et capituli nostri statuimus et ordinamus, quod, quidquid antiqui iuris, commodi seu honoris ecclesia Herisiensis et eius homines habuerunt in civitate Brakele, excepta sola proprietate fundi civitatis, hoc totum integrum et illesum retinere debebunt in futurum, eo superaddito, quod bona ecclesie Herisiensis et personarum seu hominum ipsius ecclesie et etiam ipsi homines in civitate Brakele iudicio ecclesiastico vel seculari nunquam debebunt nec poterunt arrestari, nisi possit legitime ostendi, quod persone seu homines ecclesie coram domina abbatissa Herisiensi, que pro tempore fuerit, iusticiam facere denegarint. Item pro ampliori recompensa eiusdem donationis de consensu capituli nostri dominam abbatissam et conventum et clericos per dominam abbatissam in Herisia beneficiatos et familiam dominarum libertamus, eximimus et liberas esse volumus in perpetuum ab omni exactione seu contributione aut petitione episcopali, sive sit illa generalis per totam dioecesim Padeburnensem

Digitized by Google

sive specialis ad clerum episcopatus Padeburnensis et ad ecclesias in Padeburnensi diocesi constitutas, ita videlicet, quod ecclesia Herisiensis ad quamcunque exactionem, contributionem, subventionem vel petitionem episcopalem, sub quacunque forma verborum hoc exprimatur vel exprimi possit, nichil omnino contribuere teneatur. Immo etiam talis contributio ab eadem ecclesia et eius personis nec unquam debet peti nec omnino requiri, sed curati facere tenebuntur, quod una cum aliis sacerdotibus in sede Brakele existentibus hactenus facere consueverunt. Ad hoc ex uberioris gratie et benignitatis dono in recompensam supradicte donationis concedimus ecclesie Herisiensi, quod, si ecclesia ipsa seu eius persone nomine ecclesie pariter aut divisim uno tempore vel pluribus bona aliqua, scilicet decimas, mansos et quecunque bona alia hereditaria comparare possunt vel alio iusto titulo acquirere, usque ad summam trecentarum marcarum denariorum Susatiensium, exceptis munitionibus et iurisdictionibus et iudiciis et propriis hominibus ecclesie Padeburnensis, quorum quidem bonorum ad nos et ad ecclesiam nostram proprietas pertinet, illam proprietatem nos vel successores nostri et capitulum liberaliter et absque difficultate donabimus et donare tenebimur ecclesie Herisiensi et litteras super tali donatione confectas absque difficultate et sine expensis ecclesie Herisiensis sub sigillis nostris dabimus sigillatas. Ad evidentiam vero et ad perpetuam eorum memoriam, que supra conscripta sunt, presentem litteram sigillorum nostrorum, scilicet episcopi et capituli, fecimus appensione communiri. Nos vero Dei gratia prepositus, decanus et capitulum ecclesie Padeburnensis supradicta omnia recognoscimus esse vera et pro testimonio nostre ratificationis, approbationis, voluntatis et consensus sigillum nostrum apposuimus huic scripto. Testes huius rei sunt: Ludolfus decanus ecclesie sanctorum Petri et Andree Padeburnensis, Liborius canonicus ecclesie Bilveldensis et notarius reverendi domini episcopi Padeburnensis, Bertoldus et Hinricus hebdomedarii ecclesie Herisiensis, Hinricus cappellanus domine abbatisse ecclesie predicte; Raveno de Driborch, Hermannus de Herse, milites; Henricus Bulemast, Gherardus de Zelinchdorp, officiatus domini episcopi predicti, famuli, et alii quam plures fide digni. Datum in die dominica, qua cantatur Misericordia Domini, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo tertio.

Gedr., fehlerhaft: Schaten, Ann. Pad. ad ann. 1323.

873. Ritter Burchard von der Asseburg der Lange schenkt dem Kloster Heiningen die Vogtei über eine Hufe und Hofstelle in Beuchte. **1323 Juni 15.**

Vom Original des Heininger jetzt Gräfl. von der Asseburg'schen Archivs auf dem Falkenstein.

Nos Borchardus Longus miles de Asseborch omnibus Christi fidelibus presentia cognituris recognoscimus et publice protestamur, quod cum consensu nostrorum heredum dimisimus et condonavimus ecclesie et conventui sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Henighe omne ius advocatic, quod hactenus possedisse dinoscimur in manso dicto Duvelleshove, sito in villa et campis Bochede, et area una ibidem, perpetuis temporibus quiete et libere possidendum, volentes eisdem veram prestare warandiam, quando loco et tempore fuerimus debite requisiti. In cuius rei testimonium *sigillum nostrum* presentibus duximus apponendum. Testes huius rei sunt: Ludolfus de Winnighestede, Wolterus Spyrig, Olricus de Strobeke, milites; dominus Henricus sacerdos in castro Horneborch, Henzeman de Getlede, Brant de Emersleve, famuli, et alii quam plures fide digni. Actum et datum anno Domini M°.CCC°.XXIII°., in die beati Viti martiris gloriosi.

An Pergamentstreifen in weißem Wachs verletztes dreieckiges **Siegel Burchards** wie Abbildung 14. Fehlerhafter Auszug: Neue Mitth. des Thür. Sächs. Ver. III, 27.

Digitized by Google

874. Kloſter Heiningen tritt dem Kloſter Neuwerk die Hofſtelle Duvelswort in Beuchte tauſchweiſe ab, gegen Vogtei über eine Hufe, welche ihm **die Brüder, Ritter Burchard der Lange und Ritter Burchard genannt der Lochte von der Aſſeburg** gegeben haben. **1323 Juni 15.**

Nach Copial des Kl. Neuwerk S. 19°. aus XVI. Jahrh., im Herzgl. Braunſchw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

Nos Boldewinus provisor, Euphemia priorissa totumque collegium ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Heningen recognoscimus tenore presentium publice protestantes, quod consensu unanimi dimisimus ecclesie sancte Marie Novi Operis Goslarie unam aream sitam in villa Bochtede, dictam Duvelswort, cum omnibus attinentiis iure proprietatis perpetuis temporibus possidendam, pro qua quidem area *dominus Burchardus Longus et dominus Borchardus Lochte, milites et fratres dicti de Asseborch*, et eorum veri heredes dimiserunt ius advocatie, quod in manso dicto Duvelswort ibidem sito habuerant, ecclesie nostre in Heningen perpetuis temporibus libere et solute. In huius autem transactionis et nostre donationis evidentiam presentem litteram communiri fecimus sigillorum nostrorum, videlicet provisoris nostri et nostre ecclesie, in cautelam. Testes huius rei sunt: dominus Ludolphus de Winningstede, dominus Wolterus Spiring, dominus Olricus de Strobeke, milites; dominus Henricus sacerdos in castro Horneborch, Henceman de Getlede, Fridericus Friso, famuli, et alii quam plures fide digni. Actum et datum anno Domini M°.CCC°.XXIII°., in die beati Viti martiris gloriosi.

875. **Ritter Burchard der Lange von der Aſſeburg** entſagt mit Einwilligung ſeiner Erben, nämlich **Burchard Vaſolt, Burchard des Mittelſten, Burchard des Langen und Burchard des Jüngſten**, zu Gunſten des Kloſters Neuwerk der Vogtei über die Hofſtelle Duvelswort in Beuchte. **1323 Juli 22.**

Nach Copial des Kl. Neuwerk S. 20°. aus XVI. Jahrh., im Herzgl. Braunſchw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

Nos Borchardus Longus miles de Asseborch universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris volumus esse notum et publice protestamur, quod nos cum consensu et libera voluntate nostrorum heredum, videlicet *Borchardi Vasoldis, Borchardi Medii, Borchardi Longi, Borchardi Parvi* et omnium, quorum intererat consentire, dimisimus ecclesie sancte Marie Novi Operis Goslarie omne ius advocatie cum omni iure, quod in una area dicta Duvelswort, sita in villa Bochte, cum omnibus attinentiis eiusdem aree, sicut eam tenuimus, libere et quiete perpetuis temporibus possidendum. Volumus et debemus, si necesse fuerit, de predicta area veram prestare warandiam predicto claustro, cum debite fuerimus requisiti. Testes huius rei sunt: dominus Albertus de Werre, Ludolphus de Winingstede, Olricus de Strobeke, Wolterus Spiring, milites; dominus Henricus sacerdos in castro Horneborch, Henzeman de Getlede, Brant de Emersleve, famuli, et alii quam plures fide digni. In huius rei testimonium *sigillum nostrum* presentibus est appensum et ipsi claustro predicto hanc litteram dedimus ad cautelam. Datum anno Domini M°.CCC°.XXIII°., in die beate Marie Magdalene.

Nach Grimm Deutsch. Mythol. (III. Aufl.) iſt „Fasolt der aus der Heldenſage bekannte Rieſe, Bruder Ecke's und gebietet dem Sturm — muß ſchon darum ein altes Wort ſein, weil es ſich ſchwer erklärt, ſcheint rieſenhaften Übermuth auszudrücken“ (I, 218, 494, 602; II, 1230). Vergl. Wackernagel Wörterb. z. altdeutsch. Leseb. (II. Aufl.) S. 152. und Simrock Handb. d. Deutsch. Mythol. (IV. Aufl.) S. 93, 204, 420, 431, 488. — Der Burchardus cognomine dictus Vasolth, welchem Kl. Teiſtungenburg im J. 1288 Hof in Gerblingerode aſſignirt (Jaeger UB. d. Kl. Teiſtungenburg I, 14. Nr. 24 v. Or. im K. Staatsarchiv zu Magdeburg) kann trotz auffallender Übereinſtimmung beider Namen ſchwerlich für das Aſſeb. UB. in Anſpruch genommen werden.

Digitized by Google

876. Die Brüder Ritter Burchard und Knappe Gunzelin von der Asseburg verkaufen mit Genehmigung ihres **Bruders Werner, Domherrn zu Paderborn, und ihrer Schwestern Adelheid und Eufemia** dem Stift Steterburg Eigenthum an der Mühle in Leiferde nebst Vogtei über eine Hufe in Stiddien für **12 Mark. 1323 Aug. 1.**

Nach Copial des St. Steterburg fol. 306 a. XIV. Jahrh. im Herzgl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

In nomine Domini amen. *Nos Borchardus miles, Gunzelinus famulus, fratres dicti de Asseborch,* ad perpetuam rei memoriam presentibus recognoscimus protestantes, quod de heredum et coheredum nostrorum voluntate et consensu hiis nominibus nuncupatorum, videlicet *fratris nostri domini Werneri canonici Padelburgensis, Adelheydis, Offemige, sororum nostrarum,* ac etiam omnium, quorum merito consensus fuerat requirendus etiam utriusque sexus, vendidimus, dimisimus et in possessionem tradidimus ecclesie sancti Iacobi in Stederborch proprietatem dimidii molendini in Leyforde, quam Iohannes et Hillebrandus, filii quondam Heysonis de Ursleve, Hermannus et Thydericus, filii quondam Brunonis de Gustede, cives in Brunswich, a nobis in pheodo tenuerunt, ac etiam advocatiam unius mansi in Stedegym solventem nobis octo solidos Brunswichsencium denariorum, quem mansum Hermannus de Stedegym, civis in Brunswich, a predicto conventu in pheodo tenet, pro XII marcis puri argenti et presentibus transferimus dictum monasterium in corporalem possessionem cum omni iure, utilitate ac ceteris pertinenciis universis, renunciantes perpetuo pro nobis, heredibus nostris et coheredibus omnibus lingua et digitis omni iuri, quod nobis hactenus competebat in predictis vel posset conpetere in futurum, cessantes prorsus ab omni actione iuris tam canonici quam civilis, si quid nobis super impetitione seu repetitione dicte proprietatis et advocatie posset in posterum quomodolibet suffragari. Ne igitur hanc venditionem nostram aliquis valeat retractare, presentem paginam super hoc confectam prefate ecclesie damus sigillorum nostrorum *domini* scilicet *Werneri, fratris nostri,* et nostrorum munimine roboratam. Preterea nos Ludolfus, Ghevehardus milites dicti de Bortvelde, *generi* existentes predictorum *fratrum de Asseborch,* et Ghevehardus filius predicti Ludolfi, nos simul recognoscimus protestantes in presenti littera, quod uxores nostre de nostro consensu et voluntate tam pro se quam pro omnibus heredibus suis renunciaverunt perpetuo predicte proprietati et advocacie et omni iuri, quod habere possent in predictis, et de bona voluntate liberaliter consenserunt venditioni et translationi, quam sepedicti *fratres de Asseborch* fecerunt preposito et conventui in Stederborch in prefatis. In cuius rei testimonium et munimen eciam nos huic littere sigilla nostra duximus apponenda. Testes huius facti sunt: Hermannus Wlverammi, Ludolfus Cosse, Wedego de Velstede, David Cronesben, Bertram de Dampmone, Iohannes Ludolfi, cives in Brunswich, et quam plurimi fide digni. Datum et actum anno Domini M°.CCC°.XXIII°., in die vincula Petri apostoli.

877. Werner von der Asseburg, Domherr zu Paderborn, genehmigt, daß **seine Brüder Burchard und Gunzelin** das Eigenthum an der Mühle in Leiferde nebst Vogtei über eine Hufe in Stiddien dem Stift Steterburg verkauft haben. **1323 August 1.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. Steterburg).

Wernerus Dei gracia dictus de Asseborch, canonicus Padelburgensis ecclesie, omnibus ad quos hec littere pervenerint, salutem et bone voluntatis affectum. Tenore presencium recognoscimus et firmiter protestamur, quod venditionem factam proprietatis dimidii molendini in Levorde cum advocacia unius mansi in Stidium monasterio sanctimonialium in Steterborch per *fratres nostros, dominum Borchardum militem et Gunzelinum famulum dictos de Asseborch,* ratam habemus et acceptam et veri

Digitized by Google

warandi erimus dicte proprietatis et advocacie *una cum fratribus nostris* antedictis, quociens et quando necesse fuerit et quando ex parte predicti monasterii fuerimus requisiti. In cuius rei testimonium presentem litteram *sigillo nostro* ad cautelam fecimus communiri. Huius facti testes sunt: Ludolfus Cosse, Wedego de Velstede, David Cronesben, Bertrammus de Dampmone, cives in Brunsvich, et alii quam plurimi fide digni. Datum anno Domini millesimo CCC°. vicesimo tercio, in die vincula Petri.

Siegel von grün seidenen Fäden abgefallen.

878. Die Brüder Ludolf und Gebhard von Bortfeld bekennen, Decan und Capitel des Stifts St Cyriaci vor Braunschweig die Gefälle von 2 Hufen in Feldbergen für 22 Mark verkauft zu haben unter Resignation an Herzog Otto von Braunschweig. **1323 December 6.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Cyriaci).

Zeugen: *Borchardus de Asseborch miles et frater suus Guncelinus famulus, residentes in Lechede;* Wedego de Veltstede, Bertrammus de Dammone, David Kronsben, Conradus Holtnickeri, cives in Brunswich . . Datum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo tertio, in die beati Nicolai confessoris.

Von roth seidenen Fäden Siegel abgefallen.

879. Herzog Otto von Braunschweig übereignet dem Decan und Capitel des Stifts St. Cyriaci vor Braunschweig 2 Hufen in Feldbergen, deren Gefälle das Stift von Ludolf und Gebhard Brüdern von Bortfeld für 22 Mark gekauft hat. **1323 December 6.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Cyriaci).

Zeugen: Thidericus noster notarius, Ludolfus de Honlaghe, Ludegherus de Garsnebutle, Bertoldus de Velthem, Ghevehardus de Weverlinghe, *Borchardus de Asseborch residens in Lechede,* milites, fideles nostri . . Datum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo tercio, in die beati Nycolai episcopi.

Von roth seidenen Fäden Siegel bis auf geringen Rest abgefallen.

880. Herzog Otto von Braunschweig bestätigt, daß Ludger von Garssenbüttel und die Brüder Burchard und Gunzelin von Berwinkel, Ritter, dem Kloster Huysburg 3 Hufen mit 3 Höfen zu Derfem verkauft haben, und eignet sie unter Zustimmung seiner Brüder, der Domherrn Albert zu Halberstadt und Heinrich zu Hildesheim dem Kloster zu. **Braunschweig 1323 December 7.**

Nach Copiar CIII. fol. 310 im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg.

. . Testes sunt: Ludolfus de Hollinge, Wernerus, Guntzelinus, Gunterus fratres dicti de Bertensleve et *Borchardus de Asseborch dictus de Legede,* milites . . Actum et datum Brunswick anno Domini M.CCC.XXIII., in crastina beati Nicolai confessoris.

Regest: Mittheil. d. Thür.-Sächs. Ver. IV, S. 45. (nach Huysburger Copiar zu Magdeb. Nr. 118. fol. 12).

881. Anno, weiland Jordans Truchseßen der Herzöge von Braunschweig Sohn bekundet, daß zwischen ihm und Ritter Jordan von Wenthausen über 2 Hufen nebst Hof in Ührde von Ludger von Garssenbuttel und Bertold von Honlage, Rittern, als erwählten Schiedsrichtern, Streit dahin geschlichtet sei, daß er die ihm zugesprochene Hufe an Ritter Jordan für 14 Mark verkauft und Herzog Otto resignirt habe. **1323.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Braunschweig.

Testes: domini Thidericus notarius prefati domini mei ducis, Rodolfus et Ludegherus de Garsnebutle, Ludolfus et Bertoldus de Honlaghe, Ghevehardus de We-

Digitized by Google

verlinghe, *Borchardus filius quondam domini Ecberti de Asseborch*, milites. Actum anno Domini M°.CCC°XXIII°.

An Pergamentstreifen Siegel.

882. Ritter Werner von Brakel und **die Brüder Johann und Werner genannt von der Affeburg** versprechen zur Beilegung ihres Streits mit Bürgern von Soest bis zum 22. keine Feindseligkeit zu beginnen und Sicherheit bei der am 18. zu Stalpe behufs Aussöhnung vereinbarten Zusammenkunft. **1324 Februar 2.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Soest.

Universis Christi fidelibus presentes litteras visuris Wernherus de Brakele miles, *Iohannes et Wernherus germani dicti de Asseborch* salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod in causa dissensionis, que inter cives Sozatienses ex una et nos vertitur parte ex altera, ad instanciam honorabilis et religiosi viri domini Iacobi abbatis de Hersvedehusen treugas hinc inde ordinari fecimus infra scriptas, videlicet, quod dict(a?) fines et omnia eis pertinencia ubilibet constituta a nobis et ab omnibus nostris amicis propter (eo)s facere et dimittere volentibus usque ad festum cathedre sancti Petri nunc proxime affuturum securi erunt nec sibi aliquid mali debetur de nobis medio tempore quolibet suspicari, maxime autem omnibus et singulis, qui cum dictis civibus venerint ad placitandum nobiscum in loco qui Stalpe dicitur et die dominica qua cantabitur Exsurge quare, quem vicum et locum ipsi a parte (unleserlich) presentibus assignamus, eandem securitatem per omnia (unleserlich) habebunt. In robur igitur et evidens testimonium omnium premissorum presentes litteras conscribi fecimus et sub sigillis mei Wernheri de Brakele militis predicti, quo nos alii contentamur, nec non strenui militis Frederici de Brenken, dapiferi reverendi domini Bernhardi Paderbornensis ecclesie episcopi, eisdem civibus dedimus firmiter communitas. Nos quoque Fredericus de Brenken prefatus, rogati a predictis, videlicet Wernhero de Brakele milite et *fratribus de Asseborch*, memoratis civibus et suis omnem securitatem superius expressam inviolabiliter observandam in hiis scriptis promittimus sigillum nostrum presentibus apponendo. Datum in die purificationis (beate) Marie, anno Domini M°.C°C°C°.XXIIII°.

Beide Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Unter Stalpe wird die heute noch vorhandene Stalper Linde zwischen Salzkotten und Geseke zu verstehen sein.

883. Bernhard (von der Lippe) Bischof von Paderborn genehmigt auf Bitte Abts Hermann von Marienmünster Übertragung von Burg und Stadt Vörden an das Stift. **Paderborn 1324 Februar 22.**

Nach Marienmünster'schem Copiar v. 1727. Nr. 72. fol. 113. im Kgl. Staatsarchiv zu Münster (Msc. VII. 4512).

. . consensu totius capituli nostri et nominatim *domini Borchardi de Asseborch, loci illius archidiaconi*, dotes ecclesiarum etc. . . Testes huius rei sunt: Ludolphus decanus ecclesie sanctorum Petri et Andree apostolorum Paderbornensis, Henricus decanus Nove ecclesie sancti Petri in Huxaria, Bertholdus plebanus in Bracle, Liborius notarius dicti domini episcopi, Everhardus de Mengersen, Olricus de Nedere, famuli, et alii quam plures fide digni. Datum Paderbornis anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo quarto, in die beati Petri apostoli ad cathedram.

Gedr.: Schaten, Ann. Pad. ad. ann. — Danach: (v. Metternich) Beschreibung des Kreises Höxter (1870) I. Anh. S. 76.

884. Heinrich Graf von Blankenburg schenkt dem Dom zu Halberstadt 1 Hufe Landes zu Westerhausen mit Vogtei und anderm Rechte. **1324 Februar 23.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg, Hochst. Halberst. XIII, 126b.

. . Cuius donationis testes sunt: honorabiles viri et discreti *dominus Borchardus*

Digitized by Google

senior de Asseburgh, ecclesie Halberstadensis, et dominus Borchardus dictus Pellel, ecclesie sancti (Pauli) canonici, nec non strennui viri Iohannes dictus Stekeling et Heningus dictus de Wigenrode, et alii quam plures clerici et layci fide digni. . . . Actum et datum Blanckenborch anno Domini M°.C°C°C°.XX° quarto, VIII. Kalendas Martii.

An Pergamentstreif. 1) großes rundes Siegel Graf Heinrichs, Schild u. Helm u. daneben im Siegelfelde je eine Oblätterige Rose; 2) kleineres rundes des Magdeburger Domherrn Graf Heinrich, Ritter mit Blankenburger Schild; 3) rundes Poppos v. Bl. (Bruder d. vorigen, beide Söhne von 1) Hirschstange im Siegelfelde.

885. Albert (von Anhalt) Bischof von Halberstadt verkauft an des Vicars Diderich von Brodhe Testamentarier 1½ Hufen in Schwanebeck, von Bruno von Gustedt resignirt. **Halberstadt 1324 Februar 29.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg s. R. Hochst. Halb. XVII[f], 12.

Testes: Heinricus prepositus, Fredericus decanus, Wernerus camerarius, *Borchardus de Asseborch senior*, Lodewicus de Wantsleve iunior, Lodewicus de Nendorp, Halberstadensis ecclesie canonici, Albertus de Alsleve, Henricus scriptor et magister Walterus, eiusdem ecclesie vicarii. Datum Halberstad anno Domini M.CCC.XXIV, feria IV. in capite ieiunii, in capitulo nostro generali.

Siegel des Bischofs und des Capitels.

886. Die Vettern von Bortfeld, in Gebhardshagen gesessen, Ritter, genehmigen Namens ihrer Gemahlinnen **Adelheid und Euphemia, Töchter Ritter Ekberts von der Asseburg,** den von ihnen angefochtenen Verkauf einer Curie im Hagen zu Braunschweig an Kloster Marienthal Seitens der **Ritter und Brüder Burchard und Ekbert von der Hinnenburg und Asseburg. Braunschweig 1324 März 12.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. Riddagshausen).

Nos Ludolfus et Ghevehardus residens in Indagine iuxta Lechtenberghe, patrueles, milites dicti de Bortfelde, universis, ad quos presens scriptum pervenerit, recognoscimus publice protestando, quod, cum religiosi viri scilicet dominus abbas et conventus monasterii Vallis sancte Marie, ordinis Cysterciensis, Halberstadensis dyocesis, curiam quandam in Brunswic in Indagine iuxta monachorum de Riddagheshusen et militum Christi de Lukkenum curias situatam a *strennuis militibus ac fratribus* videlicet *Borchardo et Egberto, genero nostro, dictis de Hindenborch et Asseborch* legitimo emptionis titulo comparassent, processu vero temporis nos ex parte coniugum nostrarum, scilicet *Adelheydis et Eufemie, prefati domini Egberti filiarum*, ipsos abbatem et conventum impetentes asseruimus nostras coniuges ex successione hereditatis paterne aliquid iuris habere in curia memorata, ipsis tamen abbate et conventu negantibus, immo contra ipsas ex tacito ipsarum consensu legitime prescripsisse, visis tandem ipsorum litteris comperimus eandem curiam cum omni iure ad ipsos esse legitimo emptionis tytulo devolutam. Quapropter emptioni et venditioni celebrate inter abbatem et conventum dictosque fratres ac milites ex parte nostrarum coniugum expresse consentimus easque presentibus approbamus, renunciantes pro nobis nostrisque coniugibus, scilicet *Adelheyde et Eufemia*, liberis quoque omnibus et singulis nostris, videlicet Ghevehardo et Ghevehardo, Ottone, Egberto, Elizabeth, Eufemia, cum universis nostris heredibus adhuc in posterum donante divina gracia legitime nascituris, memorate curie ac eius iuribus universis omnique actioni et impeticioni ac beneficio restitucionis in integrum et transferimus in abbatem et conventum, quicquid iuris nobis nostrisque uxoribus in ipsa curia competiit vel posset competere in futurum, obligantes insuper nos et heredes nostros universos supra memoratos predictum contractum emptionis, venditionis et translationis predicte curie a sepedictis militibus factum in dictum monasterium inviolabiliter obser-

Digitized by Google

vandum. Testes huius abrenunciacionis sunt honorabiles viri et domini: Enghelbertus decanus ecclesie sancti Blasii in Brunswich, Sifridus dictus de Alten, canonicus ibidem; item Bertrammus et Ludolfus fratres dicti de Veltem, *Borchardus filius quondam domini Egberti de Asseborch*, milites; item Eylardus dictus Boneke et Bertrammus de Dammone, burgenses in Brunswich, et quam plures alii fide digni. Ut igitur hec omnia firma et inconvulsa permaneant, presentem litteram inde conscribi et nostris ac *Borchardi filii quondam domini Egberti militis de Asseborch* necnon Ghevehardi filii mei, scilicet Ludolfi de Bortfelde militis supradicti, sigillis fecimus communiri. Actum et datum Brunswich anno Domini M°.CCC°.XXIIII°., in festo beati Gregorii pape.

An Pergamentſtreifen Siegel Gebhards v. Bortfeld und beſchädigtes **Siegel Burchards** wie Abbildung 21; die Ludolfs und Gebhards d. J. v. Bortfeld abgefallen. — Das Datum in festo — pape von anderer, aber gleichzeit. Hand.

887. Ritter Ludolf von Heerſe und Gisla ſeine Gemahlin vergleichen ſich mit Äbtiſſin und Stift Heerſe über den lange ſtreitigen und ungerecht beanſpruchten halben Zehnten in Kühlſen, ſowie über Villikation des Officium Egwordich, die ſie vom Stift zu Lehn tragen, und bekennen gewiſſe Jahr-Abgaben an Getreide und Vieh dem Stift davon ſchuldig zu ſein. **1324 März 26.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münſter, Neuenheerſe Nr. 29.

. . Testes vero huius protestationis sunt: dominus Theodericus prepositus in Gerdene, Wernerus de Brakel, Raveno de Driburgh, Florinus de Holthosen, milites; *Iohannes de Asseburgh*, Ludolfus de Herse, Iohannes et Udo fratres dicti Sommerkalf, Hermannus de Stenhem, famuli, et alii quam plures fide digni. Actum et datum in crastino annunciationis beate Marie virginis, anno Domini M°.CCC°.XXIIII°.

Siegel von den drei Pergamentſtreifen abgefallen.

888. Ritter Ludolf von Heerſe verkauft unter Zuſtimmung ſeiner Gemahlin Gysla und ſeines Bruders, Ritter Hermanns, weil er ſchuldige Rente viele Jahre zurückgehalten, die Hälfte des Officium oder der Villikation des Officium in Kühlſen für 60 Mark Brakeler Denare an Äbtiſſin und Stift Heerſe. **1324 März 26.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münſter, Neuenheerſe Nr. 30.

. . Nos etiam Bernhardus Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus ad preces Ludolfi et Hermanni militum predictorum pro testimonio sigillum nostrum apponi fecimus huic scripto. Testes vero huius venditionis sunt: dominus Theodericus prepositus in Gerdene, Wernerus de Brakel, Raveno de Driburgh, Florinus de Holthosen, milites; *Iohannes de Asseburgh*, Ludolfus de Herse, Iohannes et Udo fratres dicti Somercalf, Hermannus de Stenhem, famuli, et alii quam plures fide digni. Actum et datum in crastino annunciationis beate Marie virginis, anno Domini M°.CCC°.XXIIII°.

Von Pergamentſtreifen beide erſten Siegel abgefallen; an 3. Stelle in braunem Wachs ovales Siegel Biſchofs Bernhard v. P. wie Lipp. Reg. II. Taf. 28. Nr. 28.

889. Die Gebrüder Johann und Werner, genannt von der Aſſeburg, Knappen, bitten den Grafen von Waldeck das Collationsrecht über Dorf Schwerckhauſen an Ritter Herbold von Papenheim, dem ſie es verkauft, zu übertragen. **1324 März 30.**

Nach Copeibuch aller v. Papenheim zur Liebenaw aus d. J. 1571 im Beſitz der von Papenheim.

Nobili viro domino comiti de Waldecke *Iohannes et Wernherus fratres et famuli dicti de Asseborch* famulandi promptitudinem et honorem. Ius collationis ville dicte Schwedekessen, quod a vestra nobilitate hactenus tenuimus, vobis resignamus et rogamus, quod idem ius domino Herboldo de Papenheim militi, cui ipsum

Digitized by Google

vendidimus, conferre velitis, prout nobis contulistis. In cuius petitionis testimonium *sigillum alterius nostrum*, scilicet mei *Wernheri*, presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto, feria sexta proxima post annunciationis beate Marie virginis.

890. Heinrich Graf von Blankenburg eignet dem Kloster St. Nicolai in Halberstadt 1 Hufe bei Westerhausen zu. **Blankenburg 1324 April 21.**

Aus Transsumpt v. J. 1424 im Archiv des Thüringisch-Sächsischen Alterthums-Vereins zu Halle.

. . . Cuius donationis testes sunt honorabiles viri: *dominus Borchardus senior de Assebory, canonicus Halberstadensis*, et Iohannes de Reinstidde, canonicus sancti Bonifatii, Theodericus plebanus in Wulferstidde et Iohannes de Quenstidde laicus et alii clerici et laici fide digni. Ut itaque nostra tam pia donatio et translatio semper firma maneat nec a quoquam posteriorum nostrorum aut alia quavis malingna invasione in irritum deducatur, presentem litteram nostri ac nostrorum filiorum Henrici et Popponis sigillorum munimine duximus roborandam. Et nos Henricus ecclesie Magdeburgensis canonicus ac Poppo laicus de consensu dilecti fratris nostri Hermanni, qui proprio adhuc caret sigillo, Halberstadensis ecclesie canonici, in pleniorem evidentiam nostri consensus supradicte donationi adhibiti et expressi sigilla nostra duximus presenti littere apponenda. Datum et actum Blankenborg anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo quarto, XI. Kalendas Maii.

Gedr.: Neue Mitth. des Thür. Sächs. Alterthums Vereins IV. 3. S. 53—54. Nr. 41. — Schmidt, UB. d. Stadt Halberstadt I, 317. Nr. 411.

891. Graf Heinrich von Blankenburg gibt mit Consens seiner Söhne Heinrich, Poppo und Hermann dem Rath zu Halberstadt das Eigenthum der Hatberge an Holz, Weide und Steinen. **1324 Juni 5.**

Vom Original im Germanischen Museum zu Nürnberg.

. . Tåghe desser dinge sint: *her Bosse kanonig to sentte Stephane to Halberstat, de het von Moringe, unde her Bosse en riddere von Moringe* unde Iohan Stekeling, unse voghet, her Hinring Scoffel, her Nycolaus von Orsleve, her Iohannes von Wiboye, Herman mester Walteres, Sifrid Lenteke, Iohannes der Peterschene, Reyner von Hersleve, Betheman von Wiboye, Nicolaus Lenteke, Herman van Snetlinge, borghere. Dit is geschen na Gotdes bort dhusent iar drehundert iar in deme verdethwinthechsteme iare, in sentte Bonefatius daghe.

Die 4 Siegel sind abgenommen. Gedr.: Schmidt, UB. d. St. Halberstadt I, 318. Nr. 412. (v. Or.).

892. Die Knappen Gebhard d. Ä. und Gebhard, Ritter Ludolfs Sohn, von Bortfeld bekunden, die Gefälle einer Hufe in Feldbergen dem Decan und Capitel des Stifts St. Cyriaci vor Braunschweig für 11 Mark verkauft und Herzog Otto von Braunschweig resignirt zu haben. **1324 Juli 4.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Cyriaci).

Zeugen: *Borchardus de Asseborch miles et frater suus Gu(n)celinus famulus, residentes in Lechede;* Wedego de Veltstede, Bertrammus de Dammone, David Kronsben, Conradus Holtnickeri, burgenses in Bruneswich. Datum anno Domini millesimo CCC°. vicesimo quarto, in die beati Odelrici episcopi et confessoris.

An roth seidenen Fäden beide Siegel. Gedr.: Rehtmeier, Kirchengesch., Supplem. I, 53.

893. Die Knappen Gebhard d. Ä. und Gebhard von Bortfeld bekennen 1 Talent Braunschw. Denare Jahr-Gefälle von einer Hufe in Feldbergen der Michaeliskirche in

Digitized by Google

Braunſchweig für 11 Mark verkauft und Herzog Otto von Braunſchweig aufgelaſſen zu haben. **1324 Juli 4.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Braunſchweig.

. . Testes huius rei sunt: *Borchardus de Asseborch miles et frater suus Guncelinus famulus, residentes in Lechede;* Wedego de Velstede, Bertrammus de Dammone, David Kronsben, Conradus Holtnicker, burgenses in Bruneswich, et quam plures alii fide digni. Datum anno Domini M°.CCC°. vicesimo quarto, in die beati Odelrici episcopi et confessoris.

An roth ſeidenen Faden beide dreieckige lädirte Bortfelder Siegel in weißem Wachs. Gedr.: Rehtmeier, Braunſchw. Kirchenhiſt. Suppl. S. 53.

894. Herzog Otto von Braunſchweig ſchenkt dem Decan und Capitel des Stifts St. Cyriaci vor Braunſchweig eine Hufe in Feldbergen, deren Gefälle das Stift von denen von Bortfeld für 11 Mark gekauft hat. **1324 Juli 4.**

Vom Original im Herzogl. Braunſchw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Cyriaci).

Zeugen: Thidericus noster notarius, Ludolfus de Honlaghe, Bertoldus de Velthem, Gevehardus de Weverlinghe, *Borchardus de Asseborch, Guncelinus frater suus,* fideles nostri. Datum anno Domino M°.CCC°. vicesimo quarto, in die beati Odelrici episcopi et confessoris.

An roth ſeidenen Fäden Bruchſtücke des Siegels.

895. Biſchof Albert von Halberſtadt ertheilt allen, welche die Kapelle St. Nicolai in Dorſtadt, woſelbſt **Eufemia Wittwe weiland Ritter Ekberts von der Aſſeburg** ihr Leben beſchließen wolle, an gewiſſen Tagen beſuchen, auf deren Bitten Ablaß. **Halberſtadt 1324 Juli 28.**

Von Originalen im Dorſtädter Archiv.

Albertus Dei gratia Halberstadensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presentia visuris salutem in Domino sempiternam. Zelus devotionis eterne consequitur retributionis premium, cum non solum quisque in eadem accensus sibi proficit, sed et aliis ad imitandum feliciter est exemplo. Supplicibus igitur *dilecte filie Eufemie, relicte inquam Ecberti de Asseborch quondam militis,* precibus grato occurrentes assensu, que ad capellam sancti Nycolai apud Dorstat, Hildensemensis dyocesis, causa devotionis affectat accedere populum Christi et ibidem, ubi et ipsa quo ad vixerit degere disponit, in veneratione haberi congrua Dei nomen, nos de omnipotentis Dei clemencia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui illic in nativitatis Christi, Pasche, ascensionis Domini et Penthecostes et in quatuor beate Virginis festivitatibus, in diebus quoque apostolorum itemque in diebus sancti Iohannis Baptiste, patroni loci, et dedicationis capelle eiusdem accesserint, pro vivis et defunctis fidelibus Dominum oraturi, quadraginta dies, dumodo consensus dyocesani accesserit, de iniuncta eis penitencia in Domino relaxamus. Datum Halberstat anno Domini M°.CCC°.XXIIII°., V°. Kalendas Augusti.

An Pergamentſtr. leicht beſchädigtes Siegel. Mittels Pergamentſtr., an welchem unverletztes Siegel, iſt Urk. Biſchofs Otto von Hildesheim v. 1325, worin er jenen Ablaß beſtätigt, dem Haupthrief verbunden.

896. **Ritter Burchard von der Aſſeburg der Lange** entſagt nebſt **ſeinem Sohne Burchard genannt Vaſolt,** allem Recht an demjenigen, was **ſein Bruder, Ritter Burchard genannt der Lochte,** dem Deutſchen Ordenshauſe in Lucklum verkauft hat. **1325 Februar 6.**

Nach Copialb. der Comturei Lucklum aus XVI. Jahrh. im Herzogl. Braunſchw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

Ego Borchardus miles de Asseborch dictus Longus ad notitiam omnium, quibus

presens scriptum ostensum fuerit, publice cupio pervenire, quod *frater meus Borchardus miles dictus Lochte* vendidit legaliter commendatori et confratribus in Lucken ordinis domus Theotonice unam curiam cum lapidea camenata sitam ibidem apud curiam dictam selehoff et sedecim solidos denariorum advocatie in duobus mansis quondam Henrici dicti Wymgernighe, quam venditionem curie et denariorum iam dictorum ego perpetuo gratam et ratam habiturus, renuntiavi *una cum filio meo Borchardo dicto Vasolt* et in Dei nomine renuntio per presentes pro me et omnibus meis heredibus omni iuri, si quod mihi vel meis heredibus in curia et denariis predictis competebat et competere potuisset. Igitur, ut commendator et fratres predicti ordinis curiam et denarios sepedictos libere et quiete possideant et ne aliquis ius aliquod in eis ex parte mei sibi ex nunc vendicare valeat aut de facto usurpare presumat, presentem litteram inde conscriptam ipsis dedi *sigillo meo* patenter communitam. Testes etiam sunt: Albertus de Werre, Lodewicus de Blanckeborch, milites; Bernardus de Werre, Thidericus de Romesleve, famuli, et plures alii fide digni. Datum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto, octavo Ydus Februarii.

Das Original dem Lucklumer Archiv schon vor Aufhebung des Ordens entfremdet. Auch Copialbuch inzwischen verlorn gegangen!

897. Bernhard (von der Lippe) Bischof von Paderborn verpfändet unter Zustimmung des Capitels Ritter Heinrich Wendt, Adelheid dessen Gemahlin und Heinrich dessen Sohn das Schloß zu Steinheim. **1325 März 1.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Fürstenth. Paderborn Nr. 510.

. . Unde wy de vorbenompte her Henric de Went unde her Conrat eyn edele man van Sconenberge vor vrowen Alheyde unse hern Conrades dochter, des vorbenompten hern Henrikes elike vrowen, Henrike eren sone unde andere ere rechten erwen. . . . Dar over waren de erbaren lude: mester Ludolf en deken van Bostorpe, her Liborius van Wlbeke, eyn canonic to Bylevelde, her Herman van Herse, her Henric Bolemast unde her Vrederic van Brenken, riddere, iuneher Bertold van der Wevelsborgh unde van Buren, *Iohann unde Wernher brodere van der Asseborgh*, de edelen lude, unde anderer bederven lude genoch, de hir to in thuge worden geladet. Unde desse bref is gegeven in dem iare na Godes bort als men scrift dusent drehundert vif unde twyntich iar, des vrydages na sunte Mathieses dage des aposteles.

An weißen leinenen Schnüren vier zerbrochene Siegel: 1) und 2) des Bischofs und Capitels in gelbem, 3) und 4) unkenntliche Reste in grünem Wachs.

898. Die Brüder L(udolf) V., u. H. Marschalk schenken das ihnen vom Edlen Bernhard von Osethe übertragene Recht an verschiedenen Hufen im Kirchspiel Harsewinkel dem Kloster Marienfeld. **Paderborn 1325 März 12.**

Vom Original (sehr defect) Kl. Marienfeld Nr. 536. u. nach Marienfelder Copiar Msc. I. 106 fol. 14. im Königl. Staatsarchiv zu Münster.

. . Acta sunt hec primo in Paderborn presentibus honorabilibus viris dominis: L(udolfo) decano, Wernero dicto Crevet, *et Wernhero de Asseborch* ac Odelrico Marscal, canonicis maioris ecclesie Paderbornensis, et Conrado sacerdote plebano ton Buke, demum in Blankenrode, presentibus H(ermanno) domino de Kalenberg, Swickero de Westhem, Bertoldo dicto Hase, H. dicto Bilevelt et quam pluribus aliis fide dignis. In cuius rei testimonium nos fratres predicti uno cum sigillo Ludolfi scilicet quo omnes utimur ad presens hanc literam fecimus roborari. Et nos Bernardus de Osethe vir nobilis predictus huic scripto sigillum nostrum apposuimus in testimonium premissorum. Datum anno Domini M°.CCC°.XXV°., ipso die Gregorii pape.

Siegel und Befestigung ab.

Digitized by Google

899. Decan und Capitel des Stifts Walbeck verkaufen für 50 Mark dem Rath zu Helmſtedt daſelbſt belegenen Hof, welchen einſt **Ritter Ekbert von der Aſſeburg** zu Lehn getragen hat. **Walbeck 1325 Juli 22.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Helmſtedt.

Nos Henricus decanus totumque capitulum ecclesie Walbicensis recognoscimus presentibus publice protestando, quod propter quasdam impeticiones illustris principis domini Ottonis ducis in Brunswic et ad peticionem et favorem domini Wilhelmi abbatis monasterii Werdinensis curiam quandam sitam in civitate Helmestede, quam *famosus miles Ecbertus de Asseborch* quondam in pheodo tenuerat, vendidimus providis viris consulibus in Helmestede pro quinquaginta marcis argenti examinati cum omni iure, quo ad ecclesiam nostram pertinebat, perpetue possidendam, transferentes in eosdem omne ius, quod in curia habere dinoscimur memorata, abrenunctiantes eciam omni iuri, quod nobis et ecclesie nostre actenus competciit vel competere poterit in futuro. Testes huius sunt: Henricus decanus predictus, Bartoldus scolasticus, Conradus custos, Iordanus senior, Ludolfus dictus Rex et Iohannes de Stenem, canonici ecclesie Walbicensis predicte, nec non honorabiles viri domini Cesarius sancti Luderi, Nicolaus Montis sancte Marie prope muros Helmestede ecclesiarum prepositi, et dominus Adolfus plebanus in Helmestede, et quam plures alii fide digni. In cuius rei evidens testimonium sigillum nostri capituli presenti littere duximus apponendum. Datum Wallebeke anno Domini M°.CCC°.XXV°., in die beate Marie Magdalene.

An grün ſeidenen Fäden Bruchſtück des Siegels.

900. **Cunigund,** Gemahlin Ritter Johanns von Saldern des Älteren, conſentirt in den von **ihren Brüdern Burchard dem Langen und Burchard dem Lochten, genannt von der Aſſeburg,** geſchehenen Verkauf von 5 Hufen in Weddingen an die Brüder des Deutſchen Ordens in Goslar. **1325 November 19.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Hannover.

Ego Conegundis, uxor domini Iohannis de Salder militis senioris, universis presentium inspectoribus et auditoribus lucide recognosco, quod *fratres mei dilecti, Borchardus Longus et Borchardus Lochte dicti de Asseborch,* cum omnium heredum suorum pleno consensu quinque mansos sitos in campis ville Wedinge cum proprietate et omni iure alio seu pertinentiis quibusdam religiosis viris, fratribus de domo Teuthonica commorantes in Goslaria, rite et rationabiliter vendiderunt. Quibus vero quinque mansis in certo scitu pariter et consensu domini Iohannis predicti conthoralis mei dilecti abnuo et presentibus abrenuntio omni iuri et actioni seu universis et singulis impetitionibus, quas hactenus habui aut in futurum de iure vel de facto habere potero in eisdem, volens nihilominus dictam venditionem ratam et gratam habere et ab omni impetitione contra eosdem de cetero desistere penitus et cessare. In huius renuntiationis testimonium presens scriptum ipsis dedi sigillo conthoralis mei predicti, *cum proprio sigillo careo,* firmiter communitum. Datum anno Domini M°.CCC°.XX°.V°., in die beate Elyzabeth.

An Pergamentſtreifen wohl erhalten in gelbem Wachs kleines dreieckiges Siegel Joh. v. Saldern mit fünfblätteriger Roſe.

901. Sophia, Wittwe weiland Ritter Conrads Schulte (Schulteti), und ihre Söhne Conrad, Heinrich und Gerhard, Knappen, verkaufen für 100 Mark Warburger Denare an Herbold von Papenheim und **Ermgard ſeine Gemahlin** (legitime sue conthorali) die Hälfte des Zehnten zu Stenzwerghen, 1 Hufe daſelbſt, 1 neben Oſtheim,

Digitized by Google

2 in den Feldern des Dorfs Howede vor Conrad edlem Herrn von Schoenenberg und unter Zustimmung des Knappen Conrad Schulte, ihres Vetters (patrui). **1326** (feria sexta proxima post octavam Epiphanie) **Januar 17.**

Nach Copeibuch aller von Papenheim zur Liebenaw fol. 58v. aus d. J. 1571 im Besitz der von Papenheim.

902. Herzog Otto von Braunschweig schenkt dem Kreuzkloster vor Braunschweig die ihm vom Ritter Gebhard von Weferling resignirte wüste Dorfstelle Dhücen. **Braunschweig 1326 April 7.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Crucis).

Zeugen: discreti viri Reymboldus rector ecclesie sancte Katherine in Bruneswich, Thidericus notarius noster, canonicus ecclesie montis sancti Cyriaci; *Borchardus de Asseborch*, Iohannes de Ampleve, milites; Bertrammus de Dammone, Conradus Holtnicker, Thidericus Düringh et Bernardus Kale, burgenses in Brunswich, fideles nostri. Actum et datum ibidem anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, septimo Ydus Aprilis.

An roth seidenen Fäden leicht verletztes Siegel. Die Wüstung lag bei Veltenhof.

903. **Ritter Burchard und Gunzelin, weiland Ritter Ekberts von der Asseburg Söhne,** verkaufen zu Lehn dem Bürger Johann Haken in Braunschweig 31 Schillinge Jahreszins an 4 Hufen in Remlingen für 10 Mark. **1326 Juli 22.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Braunschweig.

Nos Borchardus miles et Guncelinus fratres, filii quondam domini Eeberti de Asseborch militis, tenore presentium publice recognoscimus et testamur, quod concordi voluntate vendidimus pro decem marcis examinati argenti nobis persolutis Iohanni dicti Haken ac Margarete uxori sue, civibus in Bruneswich, et eorum heredibus triginta et unum solidos census in quatuor mansis sitis in campis ville Remminge, videlicet septem solidos cum dimidio in altero dimidio manso, quos habent Fredericus et Conradus fratres de Remminge, cives in Bruneswich, insuper decem et septem solidos cum dimidio in duobus mansis, quos habet Conradus Wasmodinghe, et sex solidos in dimidio manso, quem habet Iohannes Hillewerdinghe, cives in Remninge, et contulimus et per presentes conferimus iam dictis civibus et eorum heredibus prefatum censum in predictis mansis possidendum et habendum in solidum et in totum iusto tytulo pheodali. Promittimus etiam per presentes prenominatis personis et eorum heredibus, quod volumus eos in pacifica possessione predicti census legitime defendere et ab omni homine disbrigare, si, quod absit, litem, inpetitionem aut controversiam ipsis ab aliquo moveri contigerit de eodem censu in toto vel in parte. Ad quod faciendum obligamus nos et heredes nostros ipsis et eorum heredibus, presentem litteram inde conscriptam eis dedimus *sigillis nostris* patenter communitam. Testes etiam sunt: Wedego et Bertrammus de Velstede, Bertrammus de Dammone, Henricus de Nendorpe, Helmoldus de Tziete, burgenses in Bruneswich, et alii plures fide digni. Actum et datum anno Domini millesimo CCC°.XX°. sexto, in die beate Marie Magdalene.

An Pergamentstreifen die **Siegel Burchards** wie Abbildung 21 **und Gunzelins** wie Abbildung 27.

904. Bernhard (von der Lippe) Bischof von Paderborn belehnt **die Edlen Werner von der Asseburg und Bertold, weiland seines Bruders Bertold Sohn,** mit dem Burglehn auf der Veste Hinnenburg. **Paderborn 1326 August 9.**

Vom Original im Gräfl. Bocholtz-Asseburg'schen Archiv zu Hinnenburg.

Nos Bernhardus Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus recognoscimus

Digitized by Google

publice per presentes, quod de pleno consensu et voluntate honorabilium virorum prepositi, decani et capituli ecclesie nostre predicte *nobilibus viris Wernhero de Asseborg et Bertoldo, Bertoldi fratris quondam dicti Wernheri filio,* et eorum veris heredibus virtute contractus emptionis *castri Hindeneborg,* per nos et ecclesiam nostram cum ipsis celebrati, assignavimus et deputavimus et presentibus deputamus et assignamus titulo feudi castrensis mansionem in superiori *castro Hindeneborg* predicto, quam quondam Hermannus de Coven famulus inhabitabat, et unam mansionem in suburbio dicti castri pro stabulo equorum eorundem, item allodium in indagine dicti castri situm cum area sua, item ortos hunuli et medietatem prati siti ibidem ac duo pomeria, iure et more castrense ecclesie Paderbornensis fidelium perpetuo pacifice possidendum, recipientes ipsos in nostram ac successorum nostrorum et ecclesie nostre protectionem et volentes ipsos velud alios nostros et ecclesie nostre castrenses proloqui fideliter et tueri. Poterunt etiam ius suum de castro predicto contra quoslibet suos iniuriatores prosequi, de quibus eis nos vel successores nostri iustitiam ordinare non possemus, et omnibus aliis iuribus et gratiis frui et gaudere, quibus hactenus ceteri nostri castrenses sunt gavisi. In cuius rei testimonium nostrum et dicti capituli nostri sigilla presentibus sunt appensa. Et nos prepositus decanus et capitulum ecclesie Paderbornensis predicti in signum nostri consensus et testimonium premissorum sigillum capituli nostri predictum presentibus litteris duximus apponendum. Datum Paderborn anno Domini millesimo CCC°.XXVI°., in vigilia beati Laurentii martiris.

Erstes Siegel sammt Schnur abgefallen; an weißen Leinenschnüren an 2. Stelle in grünem Wachs großes rundes, an einer Seite abgebröckeltes Capitelssiegel, sitzende Maria mit dem Kinde, an den Seiten die h. Liborius und Kilian; auf der Rückseite kleines rundes Siegel Brustbild eines Bischofs und Umschrift: „LIEGRIVS". Ältester im Archiv zu Hinnenburg befindlicher Lehnbrief.

904a. Der Edle Werner von der Asseburg und von Hinnenburg bekundet mit Zustimmung **seiner Gemahlin Adelheid, seines Sohnes Burchard, seiner Töchter Agnes und Mechtild, sowie Bertolds, des Sohns weiland seines Bruders Bertold,** dem Bischof Bernhard von Paderborn für 500 Mark **seine Veste Hinnenburg** mit dem Gogerichte verpfändet und als Burg-Lehn empfangen zu haben. **1326 Aug. 9.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Fürstenth. Paderborn Nr. 534.

Nos Wernerus de Asseborgh et de Hindeneborgh nobilis universis presentia visuris et audituris ad perpetuam rei memoriam notum facimus et protestamur lucide per presentes, quod de voluntate et consensu *Alheidis uxoris nostre et Borchardi filii nostri nec non Agnetis et Mechthildis filiarum nostrarum ac Bertoldi filii Bertoldi quondam fratris nostri* et omnium heredum nostrorum reverendo in Christo patri ac domino nostro domino Bernhardo episcopo et ecclesie Paderbornensi munitionem nostram, videlicet *castrum Hindeneborg* predictum, cum ipsius castri sub urbiis et indagine et hiis, que inibi concluduntur, cum omni iure possessionis et proprietatis iusto venditionis titulo vendidimus pro quingentis marcis puri argenti nobis traditis et solutis. Sane cum dicto castro vendidimus eisdem et assignamus presentibus sex mansos agrorum cultorum cum ipsorum iuribus et pertinentiis et specialiter cum iure, quod vulgariter achtwort dicitur, in silvis vicinis, possessoribus dictorum agrorum de iure competenti de hiis scilicet agris, quos de allodio nostro ante castrum predictum sito colere consuevimus, qui se ad duodecim mansos extendebatur. Hos itaque agros iuxta situm eorundem in locis magis et minus fertilibus cum ipso domno episcopo equaliter dividemus, ita tamen, quod dictus domnus episcopus et ecclesia sex mansos recipiant integros et completos et si quid ultra duodecim mansos in

Digitized by Google

dictis agris residuum fuerit, id etiam cum eodem domno episcopo equaliter dividemus. Item unum pomerium, quod ex tribus pomeriis nostris ibidem duxerint eligendum. Item medietatem prati nostri siti ante castrum, item piscarias in fluviis sive rivis Nethe, Rysele et Brucht, ita tamen, quod ad usus expensarum nostrarum nos et heredes nostri ibidem pischari valemus. Item partem nostri indicii alti, quod gogerichte dicitur, quam cum Hermanno de Brakle in villis et locis opido Brakle vicinis hucusque possedimus. Que omnia et singula, prout specificata sunt superius et expressa, cum eorum iuribus et pertinentiis universis et singulis eidem domno episcopo et ecclesie Paderbornensi assignamus, tradimus et dimittimus virtute dicte vendicionis libere perpetuo possidenda, ita videlicet, quod in predicto castro, suburbiis et indagine nichil nobis et heredibus nostris predictis reservamus nisi tantum mansionem in superiori castro, quam quondam Hermannus de Coven famulus inhabitabat, et unam mansionem in suburbio pro stabulo equorum nostrorum et allodium nostrum in indagine situm cum area sua et ortos nostros humuli ibidem et duo pomeria, que omnia iure et more castrensium ecclesie Paderbornensis fideliter nos et heredes nostri possidebimus et in feudo a domno nostro episcopo predicto seu eius successoribus recipere tenebimur, tamquam ceteri fideles ecclesie predicte et castrenses, et eis uti omni iure, quo hactenus castrenses alii ecclesie predicte suis mansionibus et feudis castrensibus uti et gaudere consueverunt. Acta sunt hec mediantibus nobili viro domino Conrado de Sconenberg, nec non Bertoldo plebano in Brakle, Ravenone et Herboldo fratribus de Papenhem, militibus, et Ravenone de Papenhem, famulo. In testimonium igitur et firmitatem premissorum *nos Wernherus nobilis* predictus nostrum et mediatorum contractus huiusmodi predictorum pro nobis et *uxore, nepote* ac heredibus nostris, *qui propriis carent sigillis, sigilla* apponi fecimus huic scripto. Et nos Conradus nobilis de Sconenberg et alii mediatores huius contractus predicti ad instanciam dictorum *Wernheri et Bertoldi nepotis sui et Alheidis uxoris eiusdem Wernheri* et heredum suorum sigilla nostra in testimonium et evidentiam pleniorem premissorum duximus apponenda. Testes facti huius sunt honorabiles viri domni: Wernherus prepositus, Conradus cantor, Gotscalcus dictus Went, canonicus ecclesie Paderbornensis, Lyborius canonicus ecclesie Bylevveldensis, Hermannus de Brakle, Fredericus de Vlechten et Gerhardus de Selingdorp, famuli, ac alii quam plures fide digni. Datum anno Domini millesimo CCC°.XXVI°., in vigilia beati Laurentii.

An geflochtenen Hanffaden in gelbem Wachs: 1) rundes **Siegel Werners** wie Abbildung 16; 2) dreieckiges Conrads von Schonenberg, Helm mit Hirschgeweih; 3) spitzovales, architektonisch gestellt, oben Maria mit dem Kinde, unten der h. Michael, Umschrift: S. Bertoldi plebani in Brakle; 4) rund, im Schilde der gekrönte Rabe, Umschrift: S. Rav. . . . militis de Cogellenberc; 5) dreieckiges Herbolds; 6) wie 5) Siegel Rabe's Knappen.

905. Herzog Otto von Braunschweig übereignet für sich und seine von ihm bevormundeten Brüder Magnus und Ernst dem Kreuzkloster vor Braunschweig von Ritter Ludolf von Honlage und dem Braunschweiger Bürger Conrad von Velstede resignirten Steinhof in Zweidorf (Twedorf) nebst einer Hufe Landes. **1326 August 23.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Crucis).

Zeugen: Ghevehardus de Weverlinge et *Borchardus iunior dictus de Asseborch,* milites; Bernardus Calvus et Hermannus Bernardi et Thidericus Düring, burgenses in Brunswich . . . Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, in vigilia beati Bartolomei apostoli.

An Pergamentstreifen unverletztes Siegel.

Digitized by Google

906. Albert II. Bischof und Domcapitel von Halberstadt gestatten gegen Überweisung von $2^1/_2$ Hufen zu Groß-Wedderstedt bei Wegeleben an genanntes Capitel, daß Arnold, Ritter und Heinrich Knappe Gebrüder Stammer, weiland Eckehards Söhne, dem Stift Quedlinburg den von Halberstadt zu Lehn gehenden Zehnten von 11 Hufen zu Quermbeck und $1^1/_2$ Hufen zu Suderode übergeben. **(Halberstadt) 1326 December 10.**

Original im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg.

. . Huins rei testes sunt: Vulradus de Hesnem, Bartoldus de Cranichfelt, Wernerus de Wantsleve, Borchardus de Cegenberch, *Borchardus de Moringe senior*, Wernerus de Piscina, Lodewicus de Honsten, Lodewicus de Wantsleve, *Borchardus de Moringe iunior*, Konemundus de Slatheym, Herbordus dictus Mor, Hermannus de Echstede et Iohannes dictus Hoye, ecclesie nostre canonici, necnon Arnoldus de Nienborch, Eckehardus, Albertus de Alsleve, Olricus filius Achillis et Fredericus de Vrekeleve, perpetui eiusdem ecclesie vicarii, ac Bertrammus de Veltem, Iohannes de Romesleve et Bernardus de Ditforde, milites, et quam plures alii clerici et layci fide digni. Actum et datum in capitulo nostro generali, anno Domini M°.CCC°.XXVI°., IIII°. Idus Decembris.

An rothen Seidenfäd. Siegel d. Bischofs u. Capit. Gedr.: v. Heinemann, Cod. Anh. III, 359. Nr. 516.

907. Ritter Erich und Knappe Lippold Gebrüder von Esbeck und des ersten Sohn, Erich d. J., verkaufen dem Marienaltare in der Stephanskirche zu Helmstedt $1^1/_2$ Hufe in Esbeck, Halberstädtisches Lehn. **1327 Januar 7.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Helmstedt.

. . Acta sunt hec temporibus Adolfi plebani in Helmestad anno Domini M°.CCC°.XXVII°., in crastino Epyphanie Domini hiis presentibus infrascriptis videlicet: *Borchardo de Asseborch*, Iordano Tupeke et Hermanno, militibus; Hermanno de Stenberge, Konemanno de Dalum, Conrado, Wasmodo, Everhardo, Hinrico, fratribus dictis de Schieninge, Ludolfo et Helmoldo fratribus dictis de Werle, famulis; Iohanne Campsore, Gherhardo eius filio, Iohanne Institoris, Alberto Helmoldi, Daniele de Brunswic, civibus in Helmestad, et pluribus aliis fide dignis.

An Pergamentstreifen unbeschädigtes Siegel Ritter Erichs und des Knappen Ludolf.

908. Otto Herzog in Braunschweig und Herr der Altmark verleiht für sich und seine von ihm bevormundeten Brüder Magnus und Ernst an Decan und Capitel des Blasiusstifts in Braunschweig das Patronatrecht über alle Altäre, welche von jetzt an in der Blasiuskirche errichtet werden. **1327 Januar 9.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Blasii).

Zeugen: Ludolfus de Honlaghe, Bertoldus de Veltem, Iohannes de Ampeleve, Ghevehardus de Weverlinge, *Borchardus de Asseborch*, milites, fideles nostri. Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, quinto Ydus Ianuarii.

An roth und grün seidenen Fäden leicht verletztes Siegel.

909. Ritter Werner von Brakel überträgt mit Zustimmung seiner Gemahlin Agnes, seines Bruders Ritter Hermann, Alberts, Bernhards, Günters und Hermanns dessen Söhne, Bva und Sophia, dessen Töchter, an Convent des Klosters Gehrden 2 Hufen in Wernessen unter der Bedingung, davon seinen beiden Schwestern und seines Bruders Tochter, Conventualinnen daselbst, jährliche Getreide-Abgabe dergestalt zu entrichten, daß die letztüberlebende das ganze empfängt und erst nach ihrem Tode das Eigenthum ans Kloster übergeht; außerdem schenken die Brüder Ritter Werner und Hermann

Digitized by Google

Jahrrente von 3 Hufen in Wernessen, die Heinrich von Mengersen von ihnen zu Lehn hat, gleichfalls genanntem Kloster. **1327 Juli 24.**

Nach i. J. 1684 beglaub. Gehrdener Copialbuch fol. 35b. E. 6. im Gräfl. Bocholz'schen Besitz.

. . Ad evidentiam vero premissorum clariorem petivimus presens scriptum sigillis *Iohannis et Werneri fratrum de Asseborch*, consanguineorum nostrorum, roborari. Et *nos Iohannes et Wernerus fratres de Assebuch, famuli, nostra sigilla* in premissorum evidens testimonium presentibus apposuimus, quemadmodum a *consanguineis nostris* Hermanno et Wernero Brakele militibus fideliter rogabamur. Datum per manum *Ernesti de Asseborch* anno Domini M.CCC.XXVII., in vigilia beati Iacobi apostoli.

Weiterer Nachweis über den hier als Schreiber fungirenden Ernst ist nicht zu erbringen.

910. Albert Herzog von Braunschweig Bischof von Halberstadt übereignet dem Decan Heidenreich 1 Hufe zu Oschersleben, und Hornhausen, die derselbe vom Ritter Wachsmuth von Hornhausen erkaufte. **1328 Mai 10.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg, s. R. Hochst. Halberstadt XIII, 130.

Testes vero sunt: honorabiles viri domini Wernerus de Wantsleve camerarius, *Borchardus senior de Asseborch*, Lodewicus de Wantsleve cellerarius, Herbordus Moyr, prepositus ecclesie sancti Bonifatii, dicte nostre ecclesie canonici, Iohannes de Getle executor, Iacobus noster officialis, canonici ecclesie sancte Marie, Ghevehardus de Werstede, Thidericus de Nendorp, milites, et quam plures alii fide digni. Actum anno Domini M°.CCC°.XXVIII°., feria tercia in Rogationibus.

An Pergamentstreifen Siegel des Bischofs und des Capitels in gelbem Wachs.

911. Ludolf Pleban in Kissenbrück verkauft an Burchard von Valberg mit Zustimmung Bischof Alberts und des Domcapitels von Halberstadt und **Burchards des Ältern von der Asseburg, Archidiacons und Collators der Kirche in Kissenbrück**, eine Hufe in den Feldern von Oster- und Wester-Bierwende für 12 Mark. **1328 Mai 11.**

Vom Original im Dorfstädter Archiv.

Ego Ludolfus plebanus in Kyssenbrugge presentibus publice recognosco, quod utilitati et profectui ecclesie mee diligenter intendens, de expresso consensu et approbatione reverendi in Christo patris ac domini Alberti Halberstadensis ecclesie episcopi necnon honorabilium virorum domini Hinrici prepositi ac domini Heydenrici decani totiusque capituli eiusdem ecclesie, necnon honorabilis *domini Borchardi senioris de Asseburg, archidiaconi et collatoris dicte ecclesie in Kyssenbrugge*, vendidi discreto viro Borchardo dicto de Valberghe et Mechtildi, uxori sue, eorumque heredibus unum mansum situm in campis villarum Oster-Bywende pro XII marcis puri argenti michi integraliter persolutis et in comparationem ac emptionem duorum mansorum sitorum in campis ville Kyssenbrugge totaliter conversis, ad maiorem utilitatem predicte mee ecclesie, ipsis possidendum et habendum cum omnibus iuribus tam in agris, pratis, pascuis, silvis, viis et inviis et eorum usibus ac pertinentiis universis, ab omni servitute et quovis alio onere prorsus liberum et exemptum, sicut ipsum prefata mea ecclesia hactenus pacifice ac libere habuit et possedit, ita tamen, quod ipsi et eorum heredes singulis annis in festo sancti Martini unum solidum de dicto manso ecclesie mee perpetuo dabunt censualiter et persolvent, qui etiam vel ipsorum heredes si sepedictum mansum extraneis ab ipsorum hereditate vendiderint vel alias legitime alienaverint, talis emptor ipsum a me vel meo successore, qui pro tempore fuerit, recipiet et ad solutionem dicti census fideliter se obligabit. Ad cuius venditionis inviolabilem firmitatem et observantiam me successoresque meos presentibus obligo

Digitized by Google

et astringo, renuntiando etiam pro me et ipsis nomine dicte mee ecclesie omni exceptioni et defensioni iuris et facti vere vel occasionaliter competenti, exceptioni lesionis in contractu, beneficio restitutionis in integrum ac cuilibet alio(!) auxilio, quo huiusmodi venditio retractari posset vel rescindi. In quorum omnium evidens testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Testes etiam sunt: dominus Wernherus plebanus in Wester-Bywende, Hinricus Widekindi, civis ibidem, et quam plures alii fide digni. Nos igitur Albertus Dei gratia episcopus Halberstadensis cum consensu nostri capituli ac *domini Borchardi de Asseburg* predicti premissa omnia de nostra approbatione facta appensione nostrorum sigillorum firmiter communimus. Datum anno Domini M°.CCC°.XXVIII°., in vigilia ascensionis Domini, in capitulo nostro generali.

An Pergamentstreifen gut erhaltene Siegel: 1) des Bischofs; 2) des Halberstädter Capitels; 3) des **Domherrn Burchard** wie Abbildung 19; 4) des Plebans von Kissenbrück.

912. Ludolf Pleban der St. Stephanskirche in Kissenbrück verkauft unter Zustimmung Bischof Alberts und des Capitels von Halberstadt, sowie **Burchards des Älteren von der Asseburg, Archidiacons und Collators jenes Beneficiums,** Bürgern in Braunschweig 1 Hufe in den Feldern von Wester-Bywende für 13 Mark. **1328 Mai 11.**

Vom Original im Dorfstädter Archiv.

. . *dominique Borchardi senioris de Asseborch archidiaconi, collatoris eiusdem beneficii,* vendidi discretis viris Henrico dicto Wardenberch et Alheydi uxori sue, Henrico Widekindi et Widekindo eius fratri, Alheydi et Alheydi ipsorum uxoribus, civibus in Brunswich, eorumque heredibus unum mansum situm in campis ville Westeren-Bywende cum omnibus iuribus tam in agris, pratis, pascuis, silvis, viis et inviis et eorum usibus ac pertinentiis universis pro tredecim marcis puri argenti michi integraliter persolutis ac in solutionem predictorum duorum mansorum totaliter cum alia pecunia conversis, ipsis possidendum perpetuo et habendum ab omni servitute et quolibet alio onere prorsus liberum et exemptum, ita tamen, quod ipsi et eorum heredes ecclesie mee predicte censum unius solidi in festo sancti Martini de predicto manso perpetuo annis singulis dabunt et persolvent, qui etiam vel heredes ipsorum si predictum mansum cuiquam extraneo ab ipsorum heredibus vendiderint vel alias legitime alienaverint, talis emptor ipsum a me vel meo successore, qui pro tempore fuerit, recipiet et ad solutionem dicti census se fideliter obligabit. Ad quorum omnium firmam observantiam me successoresque meos presentibus obligo et astringo, renuntiando pro me et ipsis nomine ecclesie mee predicte omni exceptioni et defensioni iuris vel facti vere vel occasionaliter competenti, exceptioni lesionis in contractu, beneficio restitutionis in integrum ac cuilibet auxilio, quo predicta venditio impediri valeat vel rescindi. In quorum omnium evidens testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Testes etiam sunt: Bartramus de Dammone, Iohannes Advocati, cives in Brunswic, et quam plures alii fide digni. Nos igitur Albertus Dei gratia Halberstadensis ecclesie episcopus cum consensu nostri capituli ac *domini Borchardi de Asseborch* predicti premissa omnia de nostra approbatione facta appensione nostrorum sigillorum firmiter communimus. Datum anno Domini M°.CCC°.XXVIII°., in vigilia ascensionis Domini.

An Pergamentstreifen gut erhalten die Siegel: 1) des Bischofs; 2) des Halberstädter Capitels; 3) des **Domherrn Burchard** wie Abbildung 19; 4) des Plebans von Kissenbrück.

913. Herzog Otto von Braunschweig überignet dem Rath der Altstadt Braunschweig als Patron der h. Geistkapelle 5 Hufen nebst Hof in Kissenbrück. **1328 Juni 28.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Braunschweig.

Testes: domini Thidericus prothonotarius noster, canonicus ecclesie sancti Bla-

Digitized by Google

sii; Ludolfus de Honlaghe, Iohannes de Ampleve, Gevehardus de Weverlinghe, *Borchardus de Asseborch*, milites; Wedego de Veldstede, Bertrammus de Dammone, Conradus Holtnicker iunior, burgenses nostri Brunswicenses . . . Datum et actum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo octavo, in vigilia beatorum Petri et Pauli apostolorum.

An roth seidenen Fäden unverletztes Siegel.

914. Abt Heinrich und Convent des Ägidienklosters in Braunschweig verpflichten sich, nächsten 16. Oktober **dem Ritter Burchard und dem Knappen Gunzelin Brüdern von der Asseburg** 31 Mark zu zahlen oder durch ihre Provisoren aus den Klostergütern in Mönchevahlberg, Remlingen und Kissenbrück erlegen zu lassen. **1328 Aug. 9.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Alth. St. Egidii).

Nos Henricus Dei gratia abbas totusque conventus monasterii sancti Egidii in Brunswich nostris sub sigillis presentibus recognoscimus in hiis scriptis, quod *domino Borchardo militi ac Guncelino famulo fratribus de Asseborch* triginta marcas et unam in festo beati Galli proxime affuturo promisimus persolvendas, quod si neglexerimus, extunc provisoribus nostre ecclesie, scilicet domino Gotfrido quondam abbati et domino Henrico monetario ac domino Ekkelingo dicto Panpowe nec non domino Ludolfo custodi, quod premoratam (!) pecuniam predicto *domino Borchardo ac Guncelino* de nostris redditibus annone presentis anni, qui nobis de bonis nostris in Westersten Valberghe ac de octo mansis et dimidio in Remelinge et de tota decima in Kissenbrucge cesserunt, persolvant, conditionis licentiamus sub hac forma, quod predicti provisores tantam summam prefate pecunie, scilicet triginta marcarum et unius, ab aliis nostris bonis, choris scilicet seu lignis vendendis ac pueris vestiendis, et omnibus aliis proventibus recolligant in usus conventus nostri reponendam, prout nostris dominis videbitur expedire. Datum anno Domini M°.CCC°.XXVIII°., in vigilia beati Laurentii martiris.

Beide Siegel abgerissen.

915. Decan der Kirche von St. Peter und Andreas in Paderborn erläßt als Richter ein Urtheil gegen Ritter Reinher von Borenkampe, welcher Einkünfte mehrerer Güter vom Hof Spradowe, Mühle und Fischerei zum Hofe Hiddenhusen gehörig, von den Ämtern Milse und Bec, vom Hofe Exterde, von der Waldnug Hamelsberg und Gütern in Niddernffeln der Äbtissin von Herford entzogen hatte. **1328 Sept. 15.**

Vom beschädigten Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Abtei Herford Nr. 185.

. . Actum et datum anno M°.CCC°.XXVIII°, in crastino exaltationis sancte crucis. . . . Lata est hec . . . post dominicam Misericordia Domini in ecclesia Paderbornensi presentibus honorabilibus viris: Godscalco dicto Went decano, Frederico scolastico . . (Conrado) cantore, *Wernhero de Asseborgh, canonico maioris ecclesie Paderbornensis*, Alberto Crevet, Conrado de Hobrachtessen, vicariis in . . . (oppi)dano in Talle, Thiderico de Sc . . . lere, ecclesiarum rectoribus pro testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis.

Alle Siegel von den Pergamentstreifen ab.

916. Propst, Priorin und Convent des Klosters Dorstadt bezeugen, daß ihre Miteventualin, **Euphemia, Wittwe weiland Ritter Ekberts genannt von der Asseburg,** $^1/_6$ von 2 Hufen in Bornum gekauft und der Custodie des Klosters zu Memerien geschenkt hat. **1328 November 6.**

Vom Original im Dorstädter Archiv.

Nos Dei gratia Ludolfus prepositus, Margareta priorissa totumque collegium

Digitized by Google

sanctimonialium in Dorstad presentibus recognoscimus publice protestando, quod *honorabilis domina Eufemia relicta quondam domini Eceberti militis dicti de Asseburch, nostra consoror,* sextam partem de duobus mansis sitis in Bornum, quam ipsa suis denariis nostre ecclesie comparaverat, in nostra presentia et cum nostro consensu ac bona voluntate ad officium nostre custodie assignavit et dedit pro remedio sue anime atque suorum parentum et benefactorum in perpetuum possidendam, tali tamen conditione apposita, quod sacriste, quecunque pro tempore in nostra ecclesia fuerint, ordinabunt tres missas pro defunctis singulis annis cum tribus nocturnalibus candelis, ita videlicet, quod in crastino apostolorum Petri et Pauli *in inclusa, ubi predicta domina moratur,* dicatur una missa defunctorum omnibus benefactoribus illius altaris et capelle cum una candela nocturnali; secunda missa dicetur in crastino sancti Nicolai animabus domini Bertrammi et domini Ludolfi de Veltem, etiam cum candela; tertia vero missa dicetur anime sepius dicte domine in anniversario suo, quemcunque Deus ei ordinaverit, et etiam anime *sui mariti domini Eceberti de Asseburch,* etiam cum candela, ut est scriptum. Debent etiam nostre sacriste unam candelam ordinare, que ardeat in honorem beati Nicolai infra missarum solempnia, que celebrantur in capella supra scripta. Ut autem omnia supra dicta rata et firma observentur, presentes sigillis nostris, videlicet prepositi et conventus, fecimus roborari. Datum anno Domini M°.CCC°.XXVIII°., in die beati Leonhardi confessoris.

An Pergamentstreifen beide Siegel.

917. Propst und Convent des Klosters Heiningen bekennen, dem Kloster Marienrode wegen der von **Ritter Burchard von der Asseburg dem Langen** an die Vogtei über 5 Hufen in Gr. Bevelte erhobenen Ansprüche 18 Mark schuldig geworden zu sein und dafür ihre in der Heide, zwischen Bockel und Müden belegene Curie Bokelberge abgetreten zu haben, und versprechen, falls der Bischof von Hildesheim nicht consentire, die 18 Mark baar zu zahlen. **Heiningen 1328 November 8.**

Nos Dei gratia Boldewinus prepositus, Eufemia priorissa totusque conventus sanctimonialium monasterii in Heninge presentibus publice protestamur, quod religiosis viris domino abbati et conventui monasterii in Betzingerode, Cysterciensis ordinis, ratione impetitionis advocatie quinque mansorum in campis maioris ville Bevelte sitorum, per *dominum Borchardum de Asseborch militem dictum Longum* et suos heredes facte, quam impetitionem nos dictis religiosis disbrigare promisimus, in decem marcis et octo puri argenti Hildensemensis valoris et ponderis sumus obligati nec habentes quo dictas decem et octo marcas ipsis religiosis commodius solvere possemus, cum expresso consensu totius nostre congregationis curiam nostram Boclesberch in merica inter curiam Bocla et villam Muden sitam cum proprietate et omni iure ac pertinentiis suis sepedictis religiosis donavimus et proprietando contulimus perpetuo possidenda, prout in litteris inde confectis plenius continetur, tali conditione, quod, si infra tres annos nunc proximos venerabilis pater dominus episcopus Hildensemensis memoratis religiosis aliquam moveret impetitionem, quod suus non fuisset consensus super premissis requisitus, efficere debemus, ut suus ad hoc consensus acquiratur, quod si facere non possemus, tunc antedictas decem et octo marcas eisdem restituere et persolvere debemus, contradictione cuiuslibet non obstante, et ad hoc nos et nostrum monasterium presentibus obligamus. In quorum omnium testimonium sigilla nostra, videlicet Boldewini prepositi et conventus sanctimonialium in Heninge predictorum, presentibus sunt appensa. Testes sunt ad premissa: fratres Lambertus rector curie et Iohannes de Novali, conversi monasterii nostri,

Digitized by Google

et quam plures alii fide digni. Datum Heninge anno Domini M°.CCC°.XXVIII°., in die quatuor coronatorum martirum.

Gedr.: UB. d. hist. Ver. f. Niedersachs. IV, 290 (nach Marienroder Copialbuche).

918. Propst und Convent des Klosters Heiningen überlassen dem Kloster Marienrode zur Entschädigung von Schaden und Ausgaben, welche dasselbe durch **Ritter Burchard von der Asseburg den Langen** wegen der Vogtei über 5 Hufen Landes zu Groß-Bevelte[1]) erlitten, ihre Curie zu Bokelberge. **1328 November 8.**

Nos Dei gratia Boldewinus prepositus, Eufemia priorissa totumque collegium monasterii sanctimonialium in Heninge, ordinis sancti Augustini, recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod, cum ex controversia seu dissensione, que inter religiosos viros abbatem et conventum monasterii Novalis sancte Marie, quod vulgo Betzingerode dicitur, Cysterciensis ordinis, parte ex una, et monasterium nostrum parte ex altera, ratione advocatie quinque mansorum in campis maioris ville Bevelte sitorum, quos dicti viri religiosi a nobis suo monasterio emptionis titulo comparaverunt, vertebatur, idem religiosi a *domino Borchardo de Asseborch milite dicto Longo* ac suis heredibus dampna gravia et expensas multiplices sustinuissent, a quibus eosdem religiosos, prout ipsis in nostris litteris promisimus, eripere tenebamur, nec habentes aliqua bona, per quorum distractionem dampna predicta et expensas eisdem commodius refundere possemus, cum expresso et unanimi consensu totius nostre congregationis curiam nostram in Boclebercb in merica inter curiam Bocla et villam Muden sitam cum proprietate et omnibus ac singulis pertinentiis et attinentiis suis in campis, pratis, pascuis, silvis ac silvarum utilitatibus, piscaturis, rivis, paludibus, salictis et arundinetis necnon cum iure, quod in dicta curia habemus, habuimus vel in futuro habere possemus, eandem curiam cum proprietate et omni iure nostro in abbatem et conventum predictos in restaurum prefati dampni integraliter transferentes, nichil nobis et ecclesie nostre retinendo penitus in eadem. Renunciamus nichilominus omni exceptioni, circumventioni et auxilio iuris civilis et canonici, per que presentem contractum infringendo possemus venire contra premissa quoquomodo. In cuius robur et perpetuam firmitatem sigilla nostra, videlicet Boldewini prepositi et conventus in Heninge predictorum, presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°.CCC°.XXVIII°., in die quatuor coronatorum martirum.

Gedr.: UB. d. hist. Ver. f. Niedersachs. IV, 288 (nach Marienroder Copialbuche). — Nach ebenda S. 236 hat Kl. Heiningen 5 Hufen u. 3 Hofstellen zu Gr. Bevelte für 132 Mark Silb. an Marienrode 1317 Nov. 6. verkauft. [1]) Bevelte wüst bei Gr. Giesen, Amt Steuerwald; Bokelberg Amt Gisborn.

919. **Burchard von der Asseburg** überträgt dem Kloster Marienrode die Vogtei über demselben vom Kloster Heiningen verkauften Hof zu Bevelte. **Horneburg o. J. (1328 nach November 8).**

Venerabili viro domino abbati totique conventui in Betzingerode *Borchardus de Asseborch* paratam ad omnia servitutem. Significavit mihi dominus prepositus in Heninge, quod de curia sita in Bevelte vobiscum contulerit in hunc modum, quod advocatiam eiusdem curte vobis debeam conferre. Proinde, ut predicta emptio non infringatur, litteram per presentem advocatiam prenotatam vobis et loco vestro perpetualiter confero. Et ut nulla dubietas vobis super eo existat, hanc litteram *meo sigillo signatam* in testimonium vobis duxi roborandam. Datum Horneborch.

Gedr.: UB. d. hist. Ver. für Niedersachs. IV, 285. Nr. 263 (Aus Copial III. Nr. 217).

920. Bernhard (von der Lippe) Bischof von Paderborn verpfändet für 100 Mark Silb.

Digitized by Google

beide Burgsitze zu Blankenau dem Knappen Otto von Amelunxen, Cunigund seiner Gemahlin und Ekbert seinem Bruder. **1329 April 10.**

Von Copie (gleichz.) im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Fürstenth. Paderb. Nr. 551.

. . Et nos *Wernherus de Asseborch,* Fredericus dictus Went, Iohannes de Nedere et Florikinus de Haversvorde, famuli, una cum dictis Ottone, Cunegunde et Ecberto, in contractu premisso principalibus, ad instanciam corundem tamquam fideiussores fide data eidem domino nostro episcopo promittimus et pro inviolabili observatione premissorum nos presentibus obligamus. In quorum testimonium et certitudinem firmiorem ego Otto meo, uxoris, fratris et heredum nostrorum nomine meum et nos fideiiussores predicti quilibet nomine proprio *sigilla nostra* presentibus duximus apponenda. Datum anno Domino millesimo trecentesimo vicesimo nono, feria secunda proxima post dominicam Iudica, in passione Domini.

An Pergamentstreifen 1) dreieckiges Siegel des O. von Amelunxen; 2) abgefallen; 3) dreieckiges Siegel des Wendt, drei Sturmhauben; 4) Fragment vom runden Nedere'schen in weißem Wachs; 5) Haversförde dreieckig, drei Ochsenköpfe.

921. Die Knappen **Werner von der Asseburg,** Johann von Nedere und Florekin von Haversförde verbürgen sich bei Bischof Bernhard von Paderborn für Otto von Amelunxen wegen der Burgsitze zu Blankenau. **1329 April 10.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Fürstenth. Paderb. Nr. 552.

Nos Wernherus de Asseborch, Iohannes de Nedere et Florekinus de Haversvorde, famuli, recognoscimus per presentes, quod, cum reverendus pater dominus noster dominus Bernhardus Paderbornensis ecclesie episcopus Ottoni de Amelungessen, Cunigundi uxori sue ac Ecberto fratri eiusdem et eorum heredibus loca castrensia seu pariter quam idem dominus episcopus et sua ecclesia in castro Blankenowe habent et obtinent, pro certa pecunie summa sub certis conditionibus obligarit, sicut in litteris inter dictos propterea mutue traditis plenius continetur, ad instanciam Ottonis, Cunegundis et Ecberti predictorum promisimus et presentibus fide data promittimus dicto domino nostro episcopo pro eisdem videlicet, si personalem residentiam ac debitam custodiam in dicto castro et erga ipsum non facerent vel in venturis procurandis ad opus structure, prout inter dictas partes nobis mediantibus est condictum, vel in structura debito tempore facienda aut alias in aliqua parte contractus per expressi inveniremur negligentes, extunc infra quindenam, postquam nomine dicti domini nostri episcopi vel successorum suorum fuerimus requisiti, efficiemus negligenciam huiusmodi suppleri et in statum debitum revocari. In cuius rei testimonium *sigilla nostra* presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, feria secunda proxima post dominicam Iudica, in passione Domini.

An Pergamentstreifen 1) gut erhaltenes rundes **Siegel Werners** wie Abbildung 16 in gelbem Wachs; 2) rundes plattgedrücktes Nedere'sches in weißem; 3) dreieckiges Haversförde'sches in braunem Wachs.

922. Knappe Alverich von Burchdorf stellt für eine an Decan und Capitel der Kirche St. Simon und Judas in Goslar schuldige Summe Bürgen. **1329 April 15.**

Vom Original im diplomat. Apparat auf Königl. Bibliothek zu Göttingen.

Ego Alvericus dictus de Borchtorp famulus recognosco lucide per presentes, quod teneor sex marcas uno fertone minus puri argenti domino decano et capitulo ecclesie beatorum apostolorum Symonis et Iude in Goslaria, quas data fide ipsis persolvere usque ad festum sancti Michahelis promisi proxime affuturum. Preterea, si prefati domini defectum aliquem in sua pecunia prescripto termino persolvenda, quod absit, sustinerent, extunc nos Ludolfus de Borchtorp, Hermannus de Gowisch, Henricus de Borchtorp, milites, et *Guncelinus de Asseborch famulus* promittimus data

Digitized by Google

fide pro dicto Alverico pretaxatis dominis huiusmodi defectum adimplere, hoc adiecto, quod, quando moniti fuerimus pro eodem, extunc a die monitionis infra proximam quindenam nos milites prescripti civitatem Goslariam intrabimus, et *ego Guncelinus* Brunswic, inde non exituri alias pernoctando, nisi pecunia sepedictis dominis persoluta, vel de favore aut amicicia eorum exiverimus speciali. Hec rata servare sub nostrorum *sigillorum* appensionibus protestamur, cum ego Alvericus proprio sigillo caream, patrui mei sigillo domini Ludolfi usus sum, canonici ecclesie memorate. Datum anno Domini M°.CCC°.X°XIX., in vigilia Palmarum.

Vom Pergamentstreifen 1) Siegel abgefallen; 2) Hälfte dreieckigen Siegels mit Schrägrechtsbalken; 3) Hälfte vom runden Hermanns von Gowische; 4) dreieckiges mit Schrägrechtsbalken; 5) zerbröckeltes rundes **Siegel Gunzelins** wie Abbildung 27.

923. Sophia (von der Asseburg?) Äbtissin von Böddeken vertauscht vor Freigraf Anton Kaken zum officium in Wedeu gehörige Litonen. **1329 April 25, Mai 31.**

Nach Böddeker Copiar aus XV. Jahrh. fol. 1ª. im Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg.

Datum per copiam sub sigillo honorabilium virorum domini Wilhelmi de Ittere, camerarii ecclesie Paderbornensis, iudicis ecclesiastici in civitate Paderbornensi, et *domini Werneri de Asseborch, archidiaconi sedis in Huxaria* pro testimonio omnium et singulorum, que in littera copiata continentur. *Nos Sophia Dei gratia abbatissa* preposita, decana totusque conventus *secularis in Budeken* tenore presentium publice profitemur, quod nos, considerata ecclesie nostre utilitate, Alheydim uxorem Iohannis dicti Ledighe, civis Paderbornensis, et suos quinque pueros, scilicet Iohannem, Hinricum, Elizabeth, Cunegundim et Katherinam, et ab eis descendentes, de corpore ecclesie existentes et ad officium nostrum in Wedene prius iure litonum pertinentes, interveniente consensu Gyselberti de Wydene, Goschalci, Iohannis, Helmici, fratrum suorum, omniumque heredum suorum, qui officium predictum a nobis hactenus tenuerunt et tenent, per viam mutationis seu concambii absolvimus, dimisimus quitos et liberos et solutos ab omni iure, quo nobis, ecclesie nostre et eidem officio hucusque astricti fuerunt et ex debito obligati, proclamantes eos uti posse et debere iure hominum liberorum et conditione, recipientes nichilominus in locum ipsorum Elizabeth, relictam quondam Alberti dicti Salworte, Elizabeth, Hadewygim et Albertum, eius pueros, Cunegundim, relictam quondam magistri Arnoldi dicti Huover de Keteller, et Gerardum eius filium ad ius officii supradicti. Et hec commutatio iusta et equalis facta est coram Anthonio dicto Kaken comite libertinorum, qui vulgariter dicitur eyn vrygrave, et presentibus et consentientibus hominibus pertinentibus officio supradicto, qui husghenoten et ammetrecht vocantur. Promittimus etiam ipsi Alheydi et suis quinque pueris superius prenotatis et ab eis descendentibus, quod super commutatione huiusmodi et super libertate eis concessa ipsis, quandocunque requirimur, firmam, plenam et stabilem warandiam faciemus, dantes ipsis has litteras sigillis nostris et sigillo Gyselberti de Wydene presentibus appositis sigillatas in testimonium super eo. Et ego Gyselbertus predictus recognosco sub sigillo meo pro me, fratribus meis et heredibus supradictis presentibus litteris appenso, omnia et singula conscripta superius esse vera. Testes huius rei sunt: Hermannus plebanus in Budeken, Conradus prebendarius ibidem, Andreas presbiter, plebanus in Osninghen, Henricus Munylenmeyer, Iohannes de Tydinchusen, Iohannes Holthusen, Iohannes filius, Conradus de Hengeldern, Henricus de Ervethe, Iohannes dictus Starke, Iohannes dictus Becker, Hermannus Renelyn et alii quam plures fide digni. Actum et datum anno Domini M°.CCC°. vicesimo nono, in die beati Marci evangeliste. Testes vero qui huic facto interfuerunt sunt: *dominus Ecbertus de Asseborch, canonicus ecclesie beatorum*

Digitized by Google

apostolorum Petri et Andree in Paderborn, magister Mathias de Buren, magister Hermannus de Wartborch, Iohannes Reghenhardi, civis in Paderborn, et Iohannes filius eiusdem et quam plures alii fide digni. Actum et datum in vigilia Ascensionis Domini, anno ut supra.

924. **Knappe Gunzelin, Sohn weiland Ritter Ekberts von der Asseburg,** genehmigt für sich und **seinen Bruder Werner, Domherrn in Paderborn,** den Verkauf eines in Braunschweig belegenen Hofs Seitens **seines Vaters** an Kloster Marienthal (vergl. Nr. 658) und entsagt dem deshalb geführten Prozesse. **Braunschweig 1329 Juni 17.**

Nach Transsumt Abt Dietrichs und Convents von Riddagshausen 1337 Juli 18 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. Marienthal).

Ego Guncelinus famulus, filius domini Ecberti quondam militis dicti de Asseborch pie recordacionis, universis, ad quos presens scriptum pervenerit, recognosco publice protestando, quod, cum predictus *pater meus* habito plenario consensu heredum suorum et quorum assensus fuerat habendus, curiam suam in Brunswich inter curias monachorum de Riddagshusen et militum Christi de Luckenum in Indagine situatam, religiosis viris domino abbati et conventui monasterii Vallis sancte Marie, ordinis Cysterciensis, Halberstadensis dyocesis, pro condigna pecunia vendidisset ipsamque in dictos religiosos cum omni iure suo liberam ac perpetuo possidendam, prout ipse eam possederat a retroacto tempore, transtulisset, ego existimans mihi aliquid iure hereditario in dicta curia competere, pro ipsa religiosos impecii memoratos. Cum igitur statuto termino placiti super premissis coram copiosa multitudine strennuorum militum ac famulorum aliorumque honorabilium hominum pariter convenissemus egoque meam actionem contra religiosos proponerem antedictos, ipsi econverso asseruerunt, se dictam curiam cum omni iure suo liberam ac perpetuo possidendam, sicut premissum est, a *patre meo* prefato insto emptionis titulo comparasse, hoc ipsum litteris patentibus ac testimonialibus *patris mei* in medium prolatis verissime et evidentissime confirmantes. Quibus ego visis, auditis et diligenter per omnia examinatis, actionem, quam occasione dicte curie contra eos habere ceperam, frivolam esse comperi penitus et iniustam, proinde et dictam *patris mei* venditionem rite et rationabiliter factam laudavi, appellavi, ratificavi et, ut decuit, confirmavi insuper et renunciavi ac presentibus renuncio pro me et *fratre meo domino Wernero, canonico in Padelbürnen*, dicte curie cum omni iure suo sciens et omni actioni, si qua tam mihi vel dicto *fratri meo* in eadem curia conpetiit vel posset conpetere quomodolibet in futurum, nolens per me neque per alium nomine meo directe seu indirecte huic sepedicte *patris mei* venditioni ullo unquam temere in aliquo contraire, quin immo, si prefatus *frater meus* seu aliquis vel aliqui nomine suo, quod absit, contra dictos religiosos occasione dicte curie aliquid simile attemptaverint, quod ipsis possit in posterum aliquod preiudicium generare, ... quod sepedictis religiosis respondere curabo, ubicunque et quandocunque fuero requisitus, ita ut ipsi occasione talis inpetitionis absque gravamine sint et eorum ecclesia ex hoc omnino illesa permaneat et indempnis. Testes huius rei sunt honorabiles et strennui milites: domini Bertrammus dictus de Veltem, Rodolfus de Garsnebutle, Ludolfus de Weverlinghe, Ludolfus de Honleghe, Luderus de Garsnebutle, Iohannes de Ampeleve, Geverhardus de Weverlinghe, Bertoldus de Veltem, Borchardus de Weverlinghe et quam plures alii fide digni. In cuius renunciacionis mee evidens testimonium *sigillum meum* duxi presentibus appendendum. Actum et datum Brunswich anno Domini M°.CCC°. vicesimo nono, in vigilia sanctissime et individue Trinitatis.

925. Bertold Abt von St. Paul, Ulrich Marschalk Canonicus, Amelung Pleban der

Digitized by Google

Marktkirche in Paderborn und Hermann von Wartberg, Priester, entscheiden als erwählte Schiedsrichter Streit zwischen Äbtissin und Convent Klosters Böddeken und Knappe Albero von Etlen über zu zahlenden Canon vom Amt in Etteln. **1329 Juli 7.**

Nach Böddeker Copiar aus XV. Jahrh. fol. 62b. u. 127a. im Besitz des Freih. v. Brenken zu Erpernburg.

. . . Testes qui presentes fuerunt, sunt isti honorabiles domini: dominus Conradus de Papenhem cantor et *dominus Wernerus de Asseborch, canonici ecclesie Paderbornensis*, Albero de Etlen, monachus ordinis sancti Benedicti monasterii sancti Pauli in Paderborne, Herbordus de Etlen, famulus, et alii quam plures fide digni. Datum et actum in vigilia beati Kiliani martyris, anno Domini M°.CCC°.XXIX°.

926. Burchard genannt der Lochte und Burchard genannt der Lange, Brüder von der Asseburg Ritter, genehmigen, daß Kloster Heiningen 5½ vogteipflichtige Hufen in Gr. Bierwende beliebig austhue, und versprechen, die auf diesen Grundstücken wohnenden Leute binnen den nächsten 6 Jahren mit Diensten und Schatzungen nicht zu beschweren, vorbehaltlich des Jahreszinses von 2 Talenten Denare. **1330 Januar 7.**

Vom Original des Heininger Archivs jetzt im Königl. Staatsarchiv zu Hannover.

Nos Borchardus dictus Lochte et Bor(chardus) dictus Langhe, milites, fratres dicti de Asseborch, omnibus hoc scriptum intuentibus cupimus non latere, quod licentiamus conventui in Heninghe et plene nostri consensus est locandi quinque mansos cum dimidio sitos in Westerbiwende et pertinentes ad nostram advocatiam, prout ipsis competit et cuicumque voluerint. Nos vero homines in eisdem bonis residentes infra sex annos a tempore nunc instante computandos neque servitio neque petitione neque aliquo agravamine molestabimus, sed solummodo debitum censum nostrum, videlicet duo talenta denariorum, requirimus annuatim. In cuius evidens testimonium *sigilla nostra* presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°.CCC°.XXX°., in crastino Epyphanie domini Ihesu Christi.

Beide Siegel von Pergamentstreifen abgefallen.

927. Bernhard (von der Lippe) Bischof von Paderborn bekundet schiedsrichterliche Entscheidung eines Streites zwischen Bertold Abt und Convent des Klosters St. Pauli in Paderborn einer- und Knappe Bodo genannt Seele, Ministerialen der Paderborner Kirche, andererseits, vor dem Official Magister Ludolf über den Koldenhof in Kirchenborchen zu Gunsten des Klosters. **1330 März 7.**

Von doppelten Originalen im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Kl. Abdinghof Nr. 113.

. . in curia nostra episcopali Paderbornensi presentibus: Gotschalco decano, Conrado cantore, Reynhero celerario, Henrico de Busche, *Wernhero de Leghede*, canonicis maioris, Ludolfo decano, Arnoldo dicto Scrape, canonico orientalis, Amelungo rectori ecclesie veteris opidi Wartberg; Hermanno de Bracle, Henrico dicto Bolemast, Herbordo de Papenhem, Frederico de Brenken, Georio dicto Boleke, militibus; Wilhardo de Drevere, Henemanno de Vanen, Gobelino dicto van deme Heleweghe, famulis; Iohanne Erenfridi, Henrico dicto Longo, Iohanne et Conrado fratribus dictis van der Beke, Mathia de Stadelhove, Bertoldo de Hengheldoren, civibus in Paderborn, et pluribus aliis fide dignis pro testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis. Datum anno Domini millesimo CCC°. trecesimo, feria quarta post dominicam qua cantatur Reminiscere. In horum omnium robur et testimonium sigillum nostrum presenti littere ad perpetuam rei memoriam est appensum et ad ampliorem noticiam sigillum capituli nostri ad causas apponi obtinuimus huic scripto. Datum ut supra.

An einem Exemplar an Pergamentstreifen in dunkelgelbem Wachs 1) ovales Siegel des Bischofs; 2) rundes Capitelssiegel ad causas gut erhalten; vom andern beide abgefallen.

Digitized by Google

928. Die Gebrüder Stammer verſprechen, das Schloß in Alt-Gatersleben und dortige Güter, welche ſie von Domherrn in Halberſtadt und den Städten Quedlinburg und Aſchersleben inne haben, denſelben ſobald ſie es einſtimmig verlangen, darreichen zu wollen. **1330 März 8.**

Original im Stadtarchiv zu Quedlinburg Nr. 49.

Nos Arnoldus miles, Hinricus famulus fratres dicti Stameren in hiis scriptis recognoscimus publice profitentes, quod nos castrum et bona in antiquo Gatersleve ad manus honorabilum dominorum canonicorum maioris ecclesie Halberstadensis, videlicet domini prepositi Werneri dicti de Wantzleve, *domini Borchardi senioris de Asseburch*, domini Lodewici cellerarii dicti de Wantzleve et domini Herbordi Mor, prepositi apud sanctum Bonifatium Halberstad atque civitatum Quedelingeburch et Asch(arie) tenemus . . . anno Domini M°.CCC°.XXX°. feria quinta post Reminiscere.

An Pergamentſtr. beide Siegel der Ausſteller. Gedr.: Ianicke, Quedlinb. UB. I, 83. Nr. 111. (v. Or.).

929. Ritter Ludolf von Heerſe verkauft unter Zuſtimmung ſeiner Gemahlin Godeſta und ſeines Sohns Hermann an Ritter Herbold von Papenheim, **deſſen Gemahlin Ermengard** und deren Söhne Johann Ritter und Herbold Knappen den Wichard von Sugken, Frau und Kinder jedes Alters und Geſchlechts unter litoniſchem Recht und Joch. **1330** (sabbatho in dominica, in qua cantatur Oculi) **März 10.**

Nach Copeibuch aller von Papenheim zur Liebenaw fol. 63ᵛ. aus d. J. 1571 im Beſitz der von Papenheim.

930. Zwei Braunſchweiger Bürger theilen **Ritter Burchard und Knappen Gunzelin, Söhnen weiland Ritter Ekberts von der Aſſeburg,** mit, daß zwei ihrer Mitbürger auf 4 von jenen zu Lehn gehende Hufen bei Weſtrum reſignirt haben. **1330 März 12.**

Von gleichzeit. Copie auf Papier im Gräfl. von der Aſſeburg'ſchen Archiv auf dem Falkenſtein.

Strennuis viris Borchardo militi et Guncelino famulo, filiis quondam domini Ekberti militis de Asseborch, Bertrammus de Velstede senior et Thidericus dictus Matel, burgenses in Brunswich, obsequii quantum poterunt et honoris. Honestati vestre significamus per presentes, quod Iordanus, Hermannus senior et Hermannus iunior dicti Stapel, concives nostri in Brunswich, nobis presentibus et audientibus, resignaverunt cum omni utilitate et iure quatuor mansos sitos in campis quondam ville Westrum apud campos Atlevessen, quos a nobis in pheodo habuerant et eosdem resignatos in suis litteris vobis transmiserunt sub hac forma, quod filiis Alberti Pistoris, quondam civis in Brunswich, in feodum conferre debeatis. Datum sub sigillis nostris presentibus appensis anno Domini M°.CCC°.XXX°., in die beati Gregorii.

Weſtrum wüſt auf Azumer Feldmark Amtsgerichts Wolfenbüttel.

931. Das Kreuzkloſter vor Braunſchweig bekundet, daß ihm Nikolaus Puſt 8 Mark und der **verſtorbene Heinrich von Wolfenbüttel** 3½ Mark geopfert haben, womit ein Talent jährl. Einkünfte vom Schäferhofe in Waggum gekauft worden. **1330 Juli 13.**

Vom Original im Herzogl. Braunſchw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Crucis).

Nos Ludolfus Dei gratia prepositus, Ghertrudis abbatissa eadem gratia totumque collegium monialium sancte Crucis in Rennelberghe extra muros Brunswich presentibus publice recognoscimus et testamur, quod Nicolaus dictus Pust ac *Henricus de Wlferbutle bone memorie* ob salutem et remedium animarum suarum nobis subveniendo suas elemosinas assignarunt, ita videlicet, quod Nicolaus iam dictus octo marcas et *Henricus* tres marcas cum dimidia exposuit et expendit, cum qua pecunia comparavimus redditus unius talenti singulis annis percipiendi de una curia Schaperhof dicta in villa Wacken sita libere ac pacifice perpetuo possidenda. Preterea huius-

Digitized by Google

modi conditio est annexa, quod predictum talentum cameraria nostra annuatim percipiet ipsum ad usum calciamentorum dominarum nostrarum annis singulis convertendo. In quorum evidens testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum anno incarnationis Domini millesimo tricentesimo tricesimo, in die beate Margarete virginis ac martiris.

An Pergamentstreifen beide Klostersiegel unversehrt.

932. **Ritter Burchard und Knappe Gunzelin, Brüder genannt von der Asseburg,** übertragen dem Pleban Heinrich in Bornum das Leibgedingsrecht an einer Hufe in Hötzum[1]). **1330 August 9.**

Vom Original im Gräfl. von der Asseburg'schen Archiv auf dem Falkenstein.

Memoria hominum consulte iuvatur, cum geste rei veritas litterarum testimonio roboratur. Hinc est, quod *nos Borchardus miles et Gunselinus famulus, fratres dicti de Asseborch*, presentibus publice recognoscimus et testamur, quod unanimi consensu contulimus discreto viro domino Henrico plebano in Bornum et in Dei nomine conferimus per presentes quoddam ius, quod volgariter dicitur liphghedingh, in uno manso in campis ville Hotscelun sito, ita videlicet, quod idem dominus Henricus predictum mansum cum universis pertinentiis suis ad tempora sue vite libere et pacifice possidebit. In cuius rei evidens testimonium dedimus iam dicto domino Henrico presens scriptum inde confectum *nostris sigillis* patenter communitum. Datum anno Domini millesimo tricentesimo tricesimo, in vigilia beati Laurentii martiris.

An Pergamentstreifen in weißem Wachs 1) rundes **Siegel Burchards** abgeblättert wie Abbildung 21; 2) besser erhaltenes rundes **Gunzelins** wie Abbildung 27. [1]) Dorf SO. von Braunschweig, an der Straße nach Schöppenstedt vergl. Nr. 802.

933. Kloster Wöltingerode verspricht **Burchard von der Asseburg Knappen** bei der für dasselbe geleisteten Bürgschaft schadlos zu halten. **1330 Oktober 22.**

Von Abschr. XVII. Jahrh. im Gräfl. von der Asseburg'schen Archiv auf dem Falkenstein.

Nos Iohannes Dei gratia prepositus, Kunegunda abbatissa, Sophia priorissa totusque conventus sanctimonialium in Woltingerode publice recognoscimus in his scriptis, quod *Burchardum de Asseburg famulum* a fideiussione, quam pro nostra ecclesia pro mutuo reciperet, volumus tempore solutionis adveniente quitum eum facere penitus et indemnem. In huius testimonium sibi presens scriptum sigillo nostri conventus dedimus communitum. Datum anno Domini 1330, die Severi.

934. Das Kreuzkloster vor Braunschweig bekundet, einen Hof in Waggum, zu dessen Ankaufe u. a. **Heinrich von Wolfenbüttel** 3½ Mark hergegeben, der Klosterkämmerei zur Anschaffung von Schuhwerk überwiesen zu haben. **1330 December 26.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Crucis).

Cum per motum temporum deperire soleant actiones hominum, nisi eas roboret vivacitas litterarum, hinc est, quod nos Lu(dolfus) Dei gratia prepositus, Gher(trudis) eadem gratia abbatissa totumque collegium monialium sancte Crucis in Rennelberghe extra muros Brunswich presentibus publice recognoscimus et testamur, quod unam curiam solventem annuatim unum talentum in villa Wacken sitam cum universis iuribus et pertinentiis suis dimisimus cum unanimi consensu ad officium camerarie nostre perpetuo libere permansuram, quod quidem talentum emendo et comparando Nicolaus dictus Pust octo marcas, *Henricus de Wlferbutle* tres marcas cum dimidia, Iohanna cameraria nostra sex marcas cum dimidia de officio suo et duas marcas una persona de nostris consororibus expenderunt, hac conditione adiecta, quod

Digitized by Google

predictum talentum ad usum calciamentorum dominarum cameraria hoc ordinante annis singulis convertatur. In quorum omnium evidens testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum et actum anno incarnationis Domini millesimo tricentesimo tricesimo, in die beati Stephani prothomartiris.

Beide an Pergamentstreifen hängende Klosterſiegel unverſehrt.

935. **Die Gebrüder Werner und Johann genannt von der Aſſeburg, Knappen,** bekunden, daß dem von **ihrem verſtorbenen Vater Ritter Burchard** an Kloſter Hardehauſen verkauften Hof up der missen 5 Achtworte im Markenwald bei Hinnenburg zuſtehen. **1331 Januar 21.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münſter, Kl. Hardehauſen Nr. 493.

Nos Wernherus et Iohannes fratres dicti de Asseburg famuli recognoscimus per presentes, quod presidentibus me *Iohanne* predicto et Ludolfo de Erclen, loco domini H(ermanni) de Bracle militis, in curia nostra Bracle tamquam holtgraviis iuri lignorum, quod holtinch dicitur, anno Domini M°.CCC°.XXXI°., die beate Agnetis secundo fuit coram nobis per probos viros, veteranos et notos legitime demonstratum et per coheredes, qui erfexen dicuntur, ac alios vicinos plene probatum, curtem in Bracle, dictam up der missen, religiosorum virorum abbatis et conventus monasterii de Hersvidehusen, Cisterciensis ordinis, ab antiquo in silva markali iuxta Hindeneborg de quinque achtwort secundum numerum mansorum ipsius fortius ius et validius inter omnes alias curtes habere secandi post nostram, sexto achtwort eisdem religiosis de alio quodam manso, quem dominus H(ermannus) scolasticus Huxariensis ecclesie possidet, accedente, quam quidem curtem up der missen ipsis olim *bone memorie pater noster dominus Borch(ardus)* cum omni iure et appendiciis de consensu nostro vendiderat, scilicet scapdrif, achtwort, pratis et pascuis ac aliis suis pertinentiis universis, unde nos eisdem religiosis ibidem, ut tenebamur, eodem die prestitimus ac omni tempore prestare debemus et volumus perfectam et debitam warandiam. Presentes erant: dominus H(ermannus) Eylberti scolasticus predictus, Iohannes capellanus, Henricus de Ymdessen. H(ermannus) de Coven, Borchardus Lappe et Henricus de Nedere, famuli; Conradus Eylberti, Henricus de Erclen, Ber(toldus?) Boden, Arnoldus et Everhardus de Molendino, Ber. et Fredericus filii Volcwini et Hartmannus, villici, ac alii plures fide digni. In cuius rei testimonium *sigilla nostra* presentibus sunt appensa. Datum anno et die quo supra, presente Conrado de Holthusen presbitero, officiato domini episcopi Paderbornensis *in Hindeneborg*.

Zwei Siegel von den Pergamentſtreifen ab. Gedr.: Wigand, Archiv f. Geſch. u. Alterth. Weſtph. III, 103.

936. Ritter Hermann von Brakel erklärt an der zu dem von **Ritter Burchard von der Aſſeburg** dem Kloſter Hardehauſen verkauften Hof zugehörigen Schaftrift kein Recht zu haben. **Brakel 1331 Januar 22.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münſter, Kl. Hardehauſen Nr. 494.

Noverint universi presentia inspectores, quod ego Hermannus de Brakele miles, cum impeterem religiosos viros dominum abbatem et conventum monasterii de Hersvidehusen, Cisterciensis ordinis, super iure suo minandi oves, quod scapdrift dicitur, pertinens ad curiam suam in Brakele, quam olim ipsis *dominus Borchardus de Asseborch miles* cum omni suo iure vendiderat, dictam up der missen, credens, me aliquod habere iuris in ipso, tandem informatus et plene per probos viros instructus, me vel meos heredes quoscumque nichil iuris vel respectus habere vel habituros in antea quomodolibet in iure minandi predicto, renuncio et in hiis scriptis plane recedo pro me et meis heredibus, sicut de iure teneor, ab omni deinceps impeticione et actione,

Digitized by Google

quam de facto hactenus ipsis movi, cum de iure non possem, apponens sigillum meum presentibus in robur et in testimonium premissorum. Datum et actum in cimiterio Brakele anno Domini M°.CCC°.XXXI°., die Vincencii martiris, presentibus honorabilibus viris: Ber(toldo) plebano in Brakele, H(ermanno) Eylberti, scolastico Huxariensi, Con(rado) plebano in Papenhem, Wernhero de Brakele milite, *Iohanne et Wernhero de Asseborch famulis*, Henrico de Erkelen et Boleken, proconsulibus, Conrado Eylberti et Ludolfo de Erkelen, opidanis in Brakele, et aliis pluribus fide dignis.

Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

937. Conrad Propst, Alheid Äbtissin und Convent der Klosterfrauen in (ungenannt!) nehmen Ritter Herbold von Papenheim und **seine Gemahlin (Ermgard)** nebst Söhnen und Töchtern in ihre Brüderschaft auf. **1331** (die sancti Benedicti) **März 21.**

Nach Copeibuch aller von Papenheim zur Liebenaw fol. 124. aus d. J. 1571 im Besitz der von Papenheim.

938. Herzog Otto von Braunschweig verpfändet **Burchard Ritter und Gunzelin, Knappen, Gebrüdern genannt von der Asseburg** Schloß Jerxheim mit Goding, Gericht, Gut und Leuten vorbehaltlich der Wiederlöse und des Öffnungsrechts. **1331 April 23.**

Vom Original im Gräfl. von der Asseburg'schen Archiv auf dem Falkenstein.

Van der gnade Goddes we herteghe Otte to Brunswich bekennet an dissem iegenwordighen breve allen dhen, dhe en syen edher hored, dat we mit willen unses brůdher hertoghen Magnuses unde al unser erven hebbet gheleghen dat hus to Ierxsem mit dhem godinghe unde mit dem gherichte unde mit dem gude unde ludhe mit aller nut, also alse we et hebbet, *herrn Borchardе riddere unde Gunzelinen, knechte, brůderen hethen van der Asseborch* vor verthegede halfhundert mark lodighes silvers Brunswikescher wichte unde witte, also beschedeliken, wanne wie eder use erven en eder eren erven dat vorbenomde ghelt wederghevet, so scolet dat hus wederuplathen. also alse se et van uns hebbet. Unde dat sulve hus scal ok use opene hus wesen to al usen nodhen, also dicke, also we et eschet, unde we scolet se ok vordeghedinghen liker wis anderen usen mannen, swur se des bedorvet. Were dat uns eder unsen erven orlighe worde, so scolde we also vele lude up dat hus senden, dat men dat hus midde halden mochte, dat scolden se halden mit unser cost unde dhe selve, dhe darvan unser weghene eyn ammichtman were, dhe scolden en eder eren erven eynen borchvrede unde ene borchhode don, dat se daran bewaret weren. Unde se scolden uns dhenen unde we scolden en don, dat we dedhen andern usen mannen. Were ok, dat dhat sulve hůs gewunnen worde eder vorloren, des Got nicht en wille, des selven, dhe dat hůs gewunnen hedde, scolde we vient wesen unde nicht mid eme sonen eder vreden, se enhedden dat hus weder eder ere ghelt. Welden se ok buwen in dat silve richte, dar scolde we en to helpen, went en dat hus weder worde eder ere ghelt, unde se scolden bliven bi dem sulven gherichte unde gude, wat se des beherden mochten, unde dar scolde we en to helpen, went en dat hus weder worde eder ere ghelt. Swanne we eder unse erven wilden en eder eren erven dat vorghenomde ghelt wederghеven, dat scolde we en weten laten to sente Mertines daghe unde scolden en ere ghelt gheven darna to sente Wolborghe daghe. Likerwis moghet se weten laten to sente Mertenes daghe uns dat sulve, so scolde we en aver ere ghelt gheven darna to sente Wolborghe daghe. Unde dat ghelt scolde we en bereden to Brunswich eder to Goslere. Brunswikescher wichte unde witte. Were aver dat also, dat we en dat vorbenomde ghelt nicht engheven, so mochten se weghe vinden dat selve hus to antwerdene andern usen mannen ane grevеn unde ane vrien, also alse se et hebben. Unde dat scolde unse wille wesen unde we solden se darto vorderen unde weme se dat hus antwordedhen, dhe solde uns eyne redelike wisnisse don, also alse unsen mannen duchte.

Digitized by Google

dat we daran bewaret weren. Were dat unser to kort worde, des Got nicht en wille, so solde dat sulve hus unser leven husvrowen vern Agnesen opene hus wesen to eren nodhen. Ok solde se se vordeghedinghen, swur se des bedorften. Were dat, dat ere orlighe wedherstunde, so solde dat selve hus ere opene hus wesen unde so solden ere helpen unde se solde en dhe sulven hulpe don, dhe hir vorbescreven is, dhe we mit en ghedeghedinghet hebbet. Were dat, dhat se dhes dhenestes scahden nemen, dhen solde se en erlughen. Ok mach se en dat vorbenomde ghelt wedergheven to denselben thiden, also hir vorbescreven is, likerwis moghet se eder ere erven ere ghelt van er wedereschen unde dat scal se en wedergheven. Were dat, dat se en dat ghelt nicht en gheve, so moghet se weghe vinden mit unsen mannen, also hir vorbescreven is. Were dat des huses wat tovelle eder tobreke, dat scolden se weder buwen, wes dar noth were, mit radhe hern Ludolves van Honlaghe unde hern Gheverdes van Weverlinghe unde wat se daran vůrbuweden, dat scolde we en wedergheven, swen se dat hus losden. Were dat dher vorbenomden riddere welkeres to kort worde, an des stat scolde we enen andern setten. Desser ding sint thughe: her Bertram van Veltem, her Guncelin van Bertensleve, her Borchard van Bertensleve, her Ian van Ampleve, her Ludolf van Honlaghe, her Gheverd van Weverlinge, dhe pernere van sente Katerinen her Reymbold unde dhe pernere van sente Mertene her Thiderich dher kerken to Brunswich unde andere use man, den me wol gheloven mach. Dit is gheschen na der bort Goddes dusent iar drehundert iar an dem enen drittighesten iare, an sente Georgen daghe des marteleres.

An Pergamentstreifen grofses rundes Siegel des Herzogs in weifsem Wachs lädirt. Im J. 1360 wird daſselbe Schloſs von Herzog Magnus an Heinrich von Wenden und Wilhelm von Ampleben verpfändet. Sudendorf, UB. d. Herz. v. Braunschw. u. Lüneb. III, 61. Nr. 101.

939. Bernhard Biſchof von Paderborn bekundet, daß Ritter Heinrich Bulemaſt, ſein Miniſterial, in der Kirche St. Peter und Andreas in Paderborn wegen ſeiner in derſelben begrabenen Eltern und weil er gleichfalls daſelbſt ſeine Begräbnißſtätte ſich erwählt, eine Memorie aus der vom Biſchof zu Lehn gehenden Curie Dale geſtiftet habe.
1331 Juni 8.

Von doppelten Originalen im Königl. Staatsarchiv zu Münſter, Busdorf Nr. 95 und Fürſt. Paderb. Nr. 573.

. . In testimonium itaque eorum, que coram nobis acta sunt, nostreque auctoritatis, voluntatis, noticie et consensus accedentis et intervenientis in presenti contractu sigillum nostrum et in evidenciam ampliorem sigilla Henrici Bolemast et Frederici de Brenke, militum, et Wilhardi de Drevere famuli, predictorum pro se et pro heredibus seu coheredibus antedictis presenti littere sunt appensa. Et nos Henricus Bolemast, Fredericus de Brenke et Wilhardus predicti omnia superius conscripta recognoscimus esse vera et nos ad roborandum predictum contractum sigilla nostra presentibus litteris appendisse. Testes huic facto presentes aderant: dominus Bertoldus abbas sancti Pauli, Gotscaleus decanus, Fredericus scolasticus, Conradus cantor, Henricus de Busche, *Wernherus de Lechghede*, canonici maioris ecclesie, Hermannus de Herse, Georgius dictus Boleke, milites, ad hoc pro testibus specialiter evocati. Datum Paderborne sexto Ydus mensis Iunii, anno Domini millesimo CCC°.XXX°. primo.

An Pergamentstreifen an ersterer Ausfertigung 1) gut erhaltenes Siegel des Biſchofs; 2) rundes Heinrichs Bulemaſt, Fahne, deren oberer Theil ein Kreuz, unten 4 Pfähle; 3) abgefallen; 4) dreieckiges W. v. D., der gebogene Fiſch, alle in dunkelgelbem Wachs. Von zweiter Ausfertigung iſt erſtes Siegel abgefallen; Stapel, Brenken und Drever noch erhalten.

940. Ritter Burchard und Knappe Gunzelin von der Aſſeburg, Söhne weiland Ritter Ekberts von der Aſſeburg, bekennen dem Kreuzkloſter vor Braunſchweig

Digitized by Google

7 Hufen nebſt anderen Grundſtücken in Weferlingen ſowie 2 Litonen für 200 Mark verkauft und Herzog Otto von Braunſchweig reſignirt zu haben. **1331 September 8.**

Vom Original im Herzogl. Braunſchw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Crucis).

In nomine sancte et individue Trinitatis. *Borchardus miles et Guncelinus famulus fratres dicti de Asseborch, filii quondam Ecberti militis de Asseborch,* omnibus in perpetuum. Memoria hominum consulte iuvatur, dum geste rei veritas litterarum testimonio roboratur. Hinc est, quod notum esse volumus universis tam presentibus quam futuris, quod nos bona deliberatione prehabita, vendidimus cum expresso consensu omnium heredum nostrorum et omnium quorum intererat preposito et conventui monasterii sancte Crucis in Rennelberghe apud Bruneswich pro ducentis marcis puri argenti, Brunswicensis ponderis et valoris, nobis integraliter persolutis septem mansos sitos in campis ville Weverlinghe et duas curias ac duas areas et aggerem, qui dicitur wal, cum suis fossatis et pomerium ac locum, qui dicitur dikstede, et spatium dictum molenstat versus orientem situm et unam aream solventem annuatim quatuor pullos et unum pratum et quoddam spatium cum salicibus et duos mansos litonicos cum ipsis litonibus presentibus et futuris, quorum mansorum unus solvit annuatim unum chorum tritici et unum siliginis, alter vero mansus solvit sedecim solidos dativorum Bruneswicensium denariorum in festo sancti Michaelis, nec non Heysonem et uxorem suam, litones, et eorum pueros et molendinum in eadem villa Weverlinge, solvens annuatim quindecim solidos in festo Walburgis et totidem in festo beati Michaelis, cum omnibus etiam predictorum bonorum pertinentiis, utilitatibus ac iuribus universis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis, viis et inviis, ab omni iure advocatie, cometie et qualibet servitute prorsus libera et soluta, sicut nos ipsa pacifice habuimus et possedimus, libere et quiete perpetuo possidenda, et omnia bona premissa cum omnibus suis iuribus et pertinentiis resignavimus illustri principi domino nostro Ottoni duci in Bruneswich et ab eodem ipsa impetravimus appropriari preposito et conventui supradictis, renunciando pro nobis et nostris omni iuri, quod nobis in eis competebat seu competere posset in futuro. Insuper ad hoc nos obligavimus et per presentes nos obligando promittimus fide data domino preposito et conventui sepedictis ac eorum provisoribus presentibus et futuris, quod volumus eos in prenominatis bonis warandare et ab omni homine legitime disbrigare, si, quod absit, litem, impetitionem aut controversiam ab aliquo ipsis moveri contigerit in parte vel in toto super aliquo premissorum. Igitur, ut premissa omnia et singula perpetuo rata ac firma permaneant, presentem litteram pro nobis ac nostris heredibus veris dedimus ipsis *nostris sigillis* firmiter communitam. Testes etiam sunt: strennui viri Ludolfus de Honleghe, Iohannes de Ampleve, Gevehardus de Weverlinge, milites, necnon Bernardus Kale, Hermannus Bernardi, Henricus apud cimiterium, Thidericus dictus Doring, burgenses in Brunswich, et plures alii fide digni. Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo primo, in festo nativitatis beate Marie virginis.

An roth ſeidenen Fäden leicht verletzte **Siegel Burchards** wie Abbildung 21 und **Gunzelins** wie Abbildung 27. Gedr.: fehlerhaft, Hannov. Beitr. zum Nutzen u. Vergnügen 1759. S. 1580.

941. Herzog Otto von Braunſchweig übereignet dem Kreuzkloſter vor Braunſchweig die von den **Brüdern Ritter Burchard und Knappe Gunzelin von der Aſſeburg** für 212½ Mark[1]) käuflich erworbenen Güter in Weferlingen. **1331 September 14.**

Vom Original im Herzogl. Braunſchw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Crucis).

In nomine sancte et individue Trinitatis. Dei gratia nos Otto dux in Bruneswich omnibus in perpetuum. Ne ea, que aguntur in tempore, simul labantur cum

Digitized by Google

tempore, expedit, ut litteris et testibus perhennentur. Hinc est, quod ad tam futurorum quam modernorum noticiam cupimus pervenire, quod, cum *strennui viri videlicet Borchardus miles et Guncelinus famulus, fratres dicti de Asseborch* septem mansos sitos in campis ville Weverlinghe et duas curias ac duas areas et aggerem, qui dicitur wal, cum suis fossatis et pomerium ac locum, qui dicitur dikstede, et spatium dictum molenstat versus orientem situm et unam aream solventem annuatim quatuor pullos et unum pratum et quoddam spatium cum salicibus et duos mansos litonicos, necnon Heysonem et uxorem suam litones et eorum pueros et molendinum in eadem villa Weverlinghe, solvens annuatim quindecim solidos in festo Walburgis et totidem in festo beati Michaelis, cum omnibus etiam predictorum bonorum pertinentiis et utilitatibus ac iuribus universis, silvis, agris, campis, pratis, pascuis, aquis, viis et inviis ab omni iure advocatie et qualibet servitute prorsus libera et soluta preposito et sanctimonialibus ecclesie sancte Crucis in Rennelberghe extra muros Bruneswich pro ducentis marcis et duodecim cum dimidia vendidissent et ad manus nostras eadem bona, quia ipsa a nobis iusto pheodo tenuerant, libere et voluntarie resignassent, nos cum consensu et voluntate dilectorum fratrum nostrorum Magni et Ernesti et omnium quorum intererat in honorem Dei omnipotentis et gloriose genitricis sue virginis Marie necnon ob remedium animarum parentum nostrorum et nostre atque ad preces et instantias *Borchardi militis et Gunzelini famuli, fratrum* predictorum, proprietatem bonorum supradictorum cum omni iure et utilitate ac universis pertinentiis eorundem preposito et sanctimonialibus ecclesie sancte Crucis memorate appropriavimus et in Dei nomine presentibus appropriamus, mittentes ipsos per presentes in possessionem ipsorum bonorum et volumus eosdem in dicta proprietate legitime warandare et defendere in quantum possumus ac tueri, renunciantes pro nobis et nostris omni iuri, quod nobis ac ipsis in dictis bonis competebat vel competere posset in futuro. Ut autem hec nostra donatio perpetuo rata ac firma permaneat, presentem litteram inde conscriptam sepedictis preposito et sanctimonialibus ecclesie sancte Crucis dedimus pro nobis et nostris sigillo nostro patenter communitam. Testes etiam sunt: strennui viri Ludolfus de Honleghe, Iohannes de Ampleve, Gevehardardus (!) de Weverlinge, milites, et quam plures alii fide digni. Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo primo, in die exaltationis sancte Crucis.

An roth seidenen Fäden stark beschädigtes Siegel. Auszug: Hannov. Beitr. zum Nutzen und Vergnügen 1759. S. 1582. [1]) Weßhalb Verschiedenheit in der Kaufsumme in dieser Urk. von der in Nr. 940?

942. Albrecht (Herzog von Braunschweig) Bischof und Domcapitel von Halberstadt übereignen dem Stift U. L. Frauen daselbst ½ Hufe zu Osschersleben, die sie vom Ritter Conrad Kage erkauft haben. **Halberstadt 1331 Oktober 9.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg, s. R. Stift B. V. Mariae zu Halberstadt Nr. 430.

discreti viri Henningus soltgravius, Iohannes Cath, Fricco Vos, Thylo et Iohannes dicti Brusere, Henricus dictus Heydeberch, cives in Scheninghe. Datum et actum in Calve, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo quarto, in crastino beati Gregorii pape.

An roth seidenen und weiß leinenen Fäden leicht beschädigtes Siegel.

972[a]. In einem zweiten sonst gleichlautenden Exemplare wird dem Schöninger Zinse noch hinzugefügt dimidius chorus perpetuus siliginis in villa Esekenrodhe (Eschenrode); auch bekunden am Schlusse die Söhne Albert und Friedrich ihren Consens. Zeugen: dieselben wie vorstehend. Datum et actum in Calve, anno Domini M°.CCC°. tricesimo (quarto),[1]) in crastino beati Gregorii pape.

Die Siegel von Pergamentstreifen abgefallen. [1]) quarto ist ganz wegradirt. Gedr.: Riedel, Cod. Brand. I. XVII, 60 (Auszug). — Wohlbrück, Alvensleben S. 208. (Auszug). — v. Mülverstedt, Cod. diplom. Alvensleb. I, 269. Nr. 488. (v. Orig.).

973. Das Domcapitel zu Halberstadt incorporirt dem Kelleramt das Präsentationsrecht zur Vicarie des Altars St. Peter und Paul im Dom nach dem Tode des Stifters Nikolaus von Orsleben und seiner drei Söhne, die es sich lebenslänglich vorbehalten. **1334 April 3.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg, s. R. Stift Halberstadt XII. Nr. 23[b].

Testes vero sunt: honorabiles viri domini Wernerus de Wantsleve, *Borchardus senior de Asseborch*, Iohannes de Romesleve, et quam plures alii fide digni. Datum anno Domini M°.CCC°.XXXIIII,. III. Nonas Aprilis.

Am Pergamentstreifen zerbröckeltes großes Capitelssiegel.

974. Burchard von der Asseburg der Ältere, Domherr zu Halberstadt, genehmigt **als Archidiacon des Banns Meynum,** den Tausch von Zinsen zwischen den Kirchen von Ehmen und Volkmarsdorf. **Halberstadt 1334 Juli 4.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Egidii).

Nos Borchardus de Asseborch senior, canonicus ecclesie Halberstadensis, archidiaconus banni Meynum, ad omnium quorum interest noticiam deducimus per presentes, quod, cum ecclesie seu persone ecclesiastice propter incompetentem situm bonorum in solutione census sibi debiti sepius negligantur, nos in permutationem redditumm trium solidorum Brunswicensis monete propter emendam situs factam presentibus consentimus, trium inquam solidorum, qui ecclesie in Emen nomine annui census dabantur ad vinum comparandum, qui etiam redditus mediante redditibus trium solidorum et proprietate unius mansi in Volcmerstorp siti eidem ecclesie in Volcmerstorp accrescentibus in redditus trium solidorum dandorum de area in dicta Emen vocata Cruseword permutati sunt, secundum quod in litteris super hiis confectis lucide continetur. Datum Halberstad *nostro sub sigillo* anno Domini M°.CCC°.XXXIV°., IV°. nonas Iulii.

An Pergamentstreifen leicht verletztes **Siegel Burchards** wie Abbildung 19.

975. Werner und Hermann von Brakel Ritter und Albert Hermanns Sohn, sowie **die Brüder Johann und Werner von der Asseburg und Bertold deren Brudersohn** schenken auf Bitte **des Decans der Kirche der h. Peter und Andreas, Ekberts von der Asseburg,** genannter Kirche ihre Hälfte des Zehnten zu Amerungen. **1335 Jan. 23.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Busdorf Nr. 98.

Nos Hermannus et Wernherus de Bracle milites et Albertus filius predicti Hermanni militis, necnon *Iohannes et Wernherus de Asseborch fratres ac Bertoldus de Asseborch, patruus eorundem,* omnibus hanc litteram visuris et audituris cupimus

Digitized by Google

fore notum, quod nos amore Dei et ob salutem animarum nostrarum necnon ad petitionem *honorabilis viri domini Ecberti de Asseborch, decani ecclesie sanctorum Petri et Andree apostolorum Paderbornensis, fratris Iohannis et Wernheri de Asseborch* predictorum, de bona nostra voluntate et libera et consensu omnium heredum nostrorum et coheredum futurorum, personarum et omnium, quorum consensus merito ad hoc erat requirendus, dedimus et presentibus litteris damus et nos dedisse profitemur capitulo et ecclesie sanctorum Petri et Andree apostolorum Paderbornensis predicte ius nostrum homagii in proprietate et possessione, quod habuimus ab ecclesia Paderbornensi in dimidia parte decime in Amerunghen, quod Henricus dictus Bunne, civis Paderbornensis, vendidit perpetue in silvis, campis, aquis, in pascuis, viis et inviis ac cum omnibus appendiciis eiusdem capitulo et ecclesie sanctorum Petri et Andree apostolorum Paderbornensis predicte pro pecunia certa sibi tradita et numerata. Recognoscimus eciam ius nostrum totale, quod habuimus in dicta dimidia parte decime, reverendo in Christo patri ac domino nostro Bernhardo episcopo Paderbornensi resignasse et domino nostro episcopo Paderbornensi predicto accedentes supplicasse petitionibus nostris, ut dictam dimidiam partem decime ecclesie sanctorum Petri et Andree apostolorum Paderbornensis predicte appropriaret. In cuius rei testimonium nos Hermannus et Wernherus de Bracle milites, *Iohannes et Wernherus de Asseborch fratres ac Bertoldus de Asseborch, patruus eorundem, domicelli* predicti, *sigilla nostra* duximus presentibus apponenda. Et ego Albertus filius Her(manni) de Bracle militis predictus, quia proprio sigillo ad presens careo, sub sigillo Her(manni) de Bracle militis predicti, patris mei, recognosco omnia et singula conscripta superius esse vera. Datum anno Domini M^{mo}.CCC^{mo}.XXX^{mo}. quinto, feria secunda ante conversionem beati Pauli.

An Pergamentstreifen in gelbem Wachs wohlerhalten 1) Siegel Hermanns v. B.; 2) gleichfalls dreieckiges W. v. B.; 3) **rundes Johanns** wie Abbildung 25; 4) **rundes Werners** wie Abbildung 16; 5) **rundes Bertolds** wie Abbildung 29.

976. Die von Brakel sowie **die Brüder Johann und Werner von der Affeburg und ihr Neffe Bertold** bitten Bischof Bernhard von Paderborn, ihre Schenkung der Hälfte des Zehntens zu Amerungen an die Kirche von St. Peter und Andreas in Paderborn zu bestätigen. **1335 Januar 23.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Busdorf Nr. 99.

Reverendo in Christo patri ac domino domino nostro domino Bernhardo episcopo Paderbornensi Hermannus et Wernherus de Bracle milites et Albertus filius dicti domini Hermanni necnon *Iohannes, Wernherus de Asseborch fratres et Bertoldus de Asseborch, patruus eorundem, domicelli*, debitam reverentiam in omnibus cum servicio parato et infra scriptorum cognoscere veritatem. Noveritis, quod nos de libera nostra voluntate et consensu omnium heredum nostrorum et coheredum dimidiam partem decime in Amerunghen, quam de vobis et ab ecclesia Paderbornensi in homagium, quod wlgariter in manstat dicitur, habuimus, per hanc patentem litteram vobis resignamus et ius nostrum in possessione et proprietate, quod in predicta parte decime habuimus, presentibus resignasse vobis profitemur, vestram reverenciam quam multipliciter exorando, ut predictam decime partem dimidiam in Amerunghen capitulo et ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree Paderbornensis appropriet is. In huius rei testimonium nos Hermannus et Wernherus de Bracle milites, *Iohannes et Wernherus de Asseburch fratres ac Bertoldus de Asseborch, patruus eorundem, domicelli* predicti, *sigilla nostra* duximus presentibus apponenda. Et ego Albertus filius Hermanni de Bracle militis predictus, quia proprio

Digitized by Google

sigillo ad presens careo, sub sigillo Hermanni de Bracle, militis patris mei predicti, recognosco omnia et singula conscripta superius esse vera. Datum anno Domini millesimo CCC^mo.XXX^mo. quinto, feria secunda ante conversionem beati Pauli.

An Pergamentstreifen wohlerhalten in gelbem Wachs: 1) u. 2) dreieckige Siegel H. u. W. v. Brakel; 3) **Johanns** wie Abbildung 25; 4) **Werners** wie Abbildung 16; 5) **Bertolds** wie Abbildung 29.

977. Heinrich Bunne verzichtet als Lehnträger des halben Zehnten zu Amerungen auf seine Lehnsansprüche daran zu Gunsten der Kirche St. Peter und Andreas in Paderborn. **1335 Januar 30.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Busdorf Nr. 100.

Honorabilibus viris ac dominis suis Hermanno et Wernhero de Bracle militibus et Alberto filio dicti domini Hermanni, *Iohanni et Wernhero de Asseborch et Bertoldo de Asseborch, eorum patruo, domicellis,* Henricus Bunne, civis Paderbornensis, sincerum ac benivolam voluntatem ac subscriptorum cognoscere veritatem. Noveritis, quod ego de libera mea voluntate et consensu filiorum meorum Iohannis, Herma nni et Thiderici ac omnium aliorum heredum meorum dimidiam partem decime in Amerunghen, quam de vobis habui et in qua me inpheodastis, vobis per hanc patentem litteram resigno, tanquam si essem presencialiter coram vobis constitutus, sicut eciam in ecclesia Paderbornensi coram domino Hermanno de Bracle milite et *Wernhero de Asseborch* predictis oretenus presencialiter una cum filiis meis antedictis resignavi. Et quia propriis sigillis caremus, rogavimus honorabilem virum dominum Fredericum de Retberge, decanum ecclesie Paderbornensis, ut in testimonium dicte resignationis sigillum suum apponeret littere predicte. Et nos decanus predictus ad petitionem Henrici Bunnen ac filiorum suorum predictorum sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Actum presentibus domino Conrado de Papenheim cantore, *Wernhero de Asseborch* et Lyborio, canonicis ecclesie Paderbornensis, Bernhardo de Bodiken, Henrico de Stenhem et Hillebrando de Kerctorp, civibus Paderbornensibus, ac aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno Domini M^mo.CCC^mo.XXX^mo. quinto, feria secunda post conversionem beati Pauli.

Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

978. Heinrich Dompropst, Jacob Domdecan und Capitel von Halberstadt verpfänden an den **Domherrn Burchard von der Asseburg den Älteren** die dompropsteilichen Einkünfte aus dem Zehnten vor Halberstadt für 50 Mark. **1335 März 1.**

Von zwei Originalen im Kgl. Staatsarchiv zu Magdeburg s. K. Hochstift Halberstadt XI. Nr. 18 u. XIII. Nr. 139.

In nomine Domini amen. Henricus Dei gratia prepositus, Iacobus decanus totumque capitulum ecclesie Halberstadensis omnibus in perpetuum. Recognoscimus publice et presentibus profitemur, quod prehabito tractatu et consilio maturo in capitulo nostro generali, *honorabili viro domino Borchardo de Asseborch seniori, nostro concanonico,* fructus provenientes de decima sita in campo Halberstadensi, que est de collatione dicti domini nostri prepositi, vendidimus pro quinquaginta marcis usualis argenti nobis traditis et solutis et in evidentem utilitatem nostre ecclesie conversis, videlicet in redemptionem dictorum fructuum decime, ne manerent in manibus laycorum perpetuo alienati. Quos quidem fructus ipse vel sui testamentarii aut hii, quibus duxerit donandos, percipiet vel percipient annuatim. Tradidimus etiam et presentibus tradimus ipsi *domino Borchardo,* suis testamentariis et donatariis vacuam possessionem iuris vel quasi percipiendi dictos fructus, promittentes eidem *domino Borchardo* pro se, suis testamentariis et donatariis stipulanti cavere de evictione, ubi, quando, quociens fuerimus requisiti. Renunciamus nichilominus omni exceptioni et defensioni iuris vel facti nobis vere vel occasionaliter competentibus, quibus

Digitized by Google

hic contractus venditionis poterit retrahi vel re(s)cindi. Quo contractu inito et consummato sepedictus *dominus Borchardus* pro se, suis testamentariis et donatariis nobis libere donavit et indulsit optionem reemendi dictos fructus provenientes de ipsa decima, quando nobis placuerit et fuerit oportunum. Quod tamen ipsi vel suis testamentariis aut donatariis ante denunciabimus in festo sancti Martini illius anni, quo dictos fructus decime duxerimus reemendos, et in festo Walburgis proxime sequenti dictam pecuniam quinquaginta marcarum eidem *domino Borchardo* aut suis testamentariis vel donatariis solvemus, dilatione qualibet circumscripta. Et nos rependendo vicem sibi presentibus indulgemus optionem et potestatem vendendi prefatos redditus pro tanta et tali pecunia, que superius est expressa, cui suo emptori litteras trademus presentibus similes in continencia et tenore. In cuius rei testimonium evidens sigilla, videlicet nostri Henrici prepositi predicti et nostri capituli, presentibus sunt appensa. Testes vero sunt honorabiles viri: domini Vulradus de Hesnum, Bertoldus de Cranichvelt, Sifridus de Reghensten, Ludowicus de Wantzleve cellerarius, Arnoldus de Veltem, Iohannes de Romsleve, prepositus in Walbeke, A(r)noldus Stamer, Henricus de Hakenstede, prepositus ecclesie sancti Pauli, nostri canonici, et quam plures alii fide digni. Actum anno Domini M°.CCC°.X°XXV^to., in die cinerum, in capitulo nostro generali.

An beiden Exemplaren an Pergamentstreifen wohlerhalten: 1) großes rundes Capitelssiegel; 2) rundes Dompropst Heinrichs, unter knieendem h. Stephan quergetheilter Schild, rechts halber Adler, links drei Balken. Gedr.: Schmidt, UB. d. Stadt Halberstadt I, 337. Nr. 441. (v. Or.).

979. Bernhard Bischof von Paderborn bestätigt den von der Kirche der h. Peter und Andreas in Paderborn gemachten Ankauf des von denen von Brakel sowie von den **Knappen Johann, Werner und Bertold von der Asseburg** ihm resignirten halben Zehnten in Amerungen. **1335 April 24.**

Von doppelten Originalen im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Busdorf Nr. 103.

Bernhardus Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem et rei geste cognoscere veritatem. Exposuerunt nobis honorabiles viri *decanus* et capitulum *ecclesie sanctorum Petri et Andree apostolorum Paderbornensis*, quod ipsi medietatem decime in Amerunghen a Hinrico Bunen et suis veris heredibus, qui eandem medietatem ab honorabilibus viris Hermanno et Wernhero fratribus dictis de Brakle militibus nec non a *Iohanne, Wernhero, Bertoldo de Asseborch famulis* in pheodo tenebant, emptionis titulo ad usus sue ecclesie compararint et nobis humiliter supplicavit, ut contractum emptionis predicte approbare et ratificare et dictam medietatem decime eidem ecclesie incorporare et appropriare dignaremur. Nos igitur *decani* et capituli predictorum precibus inclinati, maxime ex eo, ut decime a laycorum manibus eripiantur et ad ecclesias et personas ecclesiasticas transferantur, de bona voluntate nichilominus pleno et expresso consensu honorabilium virorum prepositi, decani et capituli ecclesie nostre predicte, recepta tamen prius predictorum Hermanni, Wernheri militum et Alberti ipsius Hermanni filii famuli necnon *Iohannis, Wernheri fratrum et Bertoldi de Asseborch*, vasallorum nostrorum, qui eandem medietatem decime a nobis, predecessoribus et ecclesia nostra in pheodo hactenus habuerunt, renunciatione et libera resignatione in manus nostras medietatis decime memorate, matura deliberatione prehabita simpliciter et pure propter Deum conferimus, assignamus, tradimus et transferimus ex certa scientia in hiis scriptis ipsius medietatis proprietatem et directum dominium cum omnibus eius iuribus tam in magnis quam in minutis et pertinentiis universis in prefatos *decanum* et capitulum et ecclesiam sanctorum Petri et Andree ex nunc

Digitized by Google

iure proprietatis et possessionis habendam et ab ipsis perpetue possidendam, nichil nobis iuris aut ecclesie nostre predicte in eadem medietate decime et eius pertinentiis reservantes. In cuius rei testimonium nostrum et dicti capituli nostri sigilla presentibus sunt appensa. Et nos prepositus, decanus et capitulum ecclesie Paderbornensis predicte in signum nostri consensus et voluntatis intervenientis circa premissa sigillum nostrum duximus presentibus litteris apponendum. Datum anno Domini millesimo CCC°.XXXV°., ipso die beati Georgii martyris.

An beiden Ausfertigungen Siegel des Bischofs und des Capitels erhalten, einmal ersteres an rothen, das 2. an blau seidenen Fäden; am andern Exemplar beide an rothblau geflochtenen.

980. Knappe Volrad von dem Wildenstein verkauft seinem Neffen, **Knappen Burchard von der Asseburg dem Älteren,** für 28 Pfund eine Gülte zu Recklum[1]). **1335 September 7.**

Vom Original im Gräfl. von der Asseburg'schen Archiv auf dem Falkenstein.

Ek Volrad van dem Wildenstene knecht bekenne in dissem breve, dat ek vercoft hebbe *minem neven Borcharde van der Asseborch dem elderen, knechte,* mine penningghulde, de ek hebbe to Rokele in dem dorpe unde in den dorpen darbi, de darto horet, to ghelde van sente Micheles daghe, de nu erst cumt, to hebbende en iar al umme vor acht unde twintich punt Bruneswikescher ghever penninge, der schal he me nu to sente Micheles daghe gheven seven punt, unde darna to Winachten seven punt, unde darna to Paschen seven punt, unde darna to sente Iohannesses daghe to middensomere seven punt ane hinder, unde he schal oc minen knecht verdegedingen in alle sinen saken *Bertramme gelik sinem egenen broderen, knechte,* he schal ok me helpen wes he mach umme de penningghulde, de man me noch gheven schal twischen hir unde sente Micheles daghe, de nu erst kumt, dat me de werde, unde so wanne dit iar umme gecomen is, so is de selve penninggulde me weder ledich unde los ane wederrede. Disses to orkunde hebbe ek eme dissen bref gegheven besegelet mit minem ingesegele na der bort unses heren Goddes dusent drehundert iar, in dem vif unde drittegesten iare, in unser vrowen avende der lateren.

An Pergamentstreifen dreieckiges Siegel mit Querbalken, Umschrift unlesbar. [1]) Dorf zwischen Semmenstedt und Hessen.

981. Der Paderborner Domdecan Friedrich Graf von Rietberg bestätigt, daß Adam Rump die Hälfte des kleinen Zehnten in Amerungen an **Decan** und Capitel von St. Peter und Andreas in Paderborn verkauft habe. **1335 December 10.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Busdorf Nr. 104.

Honorabilibus viris domino Hermanno et Wernhero de Bracle militibus, necnon Alberto filio dicti domini Hermanni et *Iohanni et Wernhero de Asseborch et Bertoldo de Assenborch, eorum patruo, domicellis,* Fredericus de Retberg, decanus ecclesie Paderbornensis, promotionem in omnibus et subscriptorum cognoscere veritatem. Constitutus coram nobis Adam dictus Rump, Christina uxor sua legitima, Conradus, Adam, Greta, Alheidis, ipsorum pueri, in summo ecclesie Paderbornensis ante altare sancte crucis recognoverunt, libera voluntate se vendidisse pro quadraginta sex marcis et dimidia denariorum Paderborne legalium honorabilibus viris *decano* et capitulo *ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree in Paderborn* dimidiam partem decime in Amerungen cum omnibus eius appendiciis in villa et extra villam, silvis, campis, viis et inviis, necnon cum decima minuta, quam dictus Rump et sui pueri a vobis dictis militibus et famulis iure habent et habuerunt pheodali. Verumptamen idem Adam Rump volens iure suo precavere vobis dominis pheodi predictis iam

Digitized by Google

dictam dimidiam partem decime presentibus, ut ipsa voce exhibet, ad vendendum pro summa pecunie memorata. Si autem emere vos dicti domini pheodi recusaretis, extunc supplicat Adam predictus et sui heredes, ut venditionem sepedictam ratam habeatis et in proprietate acquirenda dictos ementes promoveatis. Et quia proprio sigillo carent venditores predicti, nos decanus iam dictus ecclesie maioris Paderbornensis, ut premissa sigillaremus facta, rogaverunt. Actum presentibus dominis *Wernhero de Asseborch* et Lyborio de Wlbeke, canonicis ecclesie Paderbornensis, Bertoldo de Lippia vestri gogrefe, Bertoldo de Elmerinchusen, Iohanne Crivet, famulis, Themoni iudici Iohannis comitis, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno Domini M°.CCC°.XXXV°., in die dominica post Nicolai pape.

An Pergamentstreifen kleines rundes Siegel mit dem Adler.

982. Die von Brakel sowie **Johann und Werner von der Affeburg und ihr Brudersohn Bertold** resigniren dem Bischof von Paderborn die Hälfte des Zehnten zu Amerungen zu Gunsten der Kirche St. Peter und Andreas zu Paderborn. **1335 December 15.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Busdorf Nr. 105.

Reverendo in Christo patri ac domino nostro domino . . episcopo Paderbornensi Hermannus et Wernherus de Bracle milites et Albertus filius dicti domini Hermanni, necnon *Iohannes et Werneherus de Asseborch et Bertoldus de Asseborch, patruus eorundem, domicelli,* obsequiosam et benivolam ad omnia beneplacita voluntatem et subscriptorum cognoscere veritatem. Noverit vestra reverentia, quod nos ob salutem anime nostre et de libera nostrorum omnium voluntate et consensu omnium heredum nostrorum damus proprietatem dimidiam partem decime in Amerunghen quoad nostram partem cum omni iuri ipsius, quam de nobis habuit in pheodum Adam dictus Rump, honorabilibus viris *decano* et capitulo *ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree in Paderborne* et vobis dicto domino episcopo tamquam superiori domino, a quo dictam dimidiam partem decime habuimus et fuimus inpheodati, per hanc patentem litteram resignamus, tamquam si essemus presencialiter coram vobis constituti, presentibus resignasse profitemur, rogantes vestram reverentiam unanimiter et studiose, ut predictum *decanum* et capitulum quoad proprietatem plenam habendam a vobis domino episcopo et a capitulo Paderbornensis promoveatis, ut nostra voluntas in premissis de dimidia parte decime sepedicte quoad eandem ecclesiam sanctorum apostolorum Petri et Andree plenum sorciatur effectum. In huius rei testimonium nos Hermannus et Wernherus de Bracle milites dicti sigilla nostra presentibus sunt appensa et ego Albertus sub sigillo patris mei premissa recognosco. *Nos Iohannes et Wernherus de Asseborch et Bertoldus de Asseborch, patruus eorundem, sub sigillis nostris* recognoscimus antedicta. Datum anno Domini M°.CCC°.XXXV°., feria sexta proxima ante festum Thome apostoli.

An Pergamentstreifen gut erhalten in grünem Wachs: 1) und 2) dreieckige Siegel Herm. und W. von Brakel; 3) **rundes Johanns** wie Abbildung 25; 4) **rundes Werners** wie Abbildung 16; 5) **rundes Bertolds** wie Abbildung 29; 6) kleines rundes Alberts (entgegen dem Wortlaut der Urk.).

983. Bernhard Bischof von Paderborn bestätigt den Seitens des **Decans** und Capitels der Kirche der h. Peter und Andreas in Paderborn geschehenen Ankauf der Hälfte des Zehnten in Amerungen, den die von Brakel und die **Knappen Johann, Werner und Bertold von der Affeburg** zu Lehn trugen. **1336 Januar 13.**

Von doppelten Originalen im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Busdorf Nr. 107.

Bernhardus Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem et rei geste cognoscere veritatem. Exposuerunt nobis honorabiles viri *decanus* et capitulum *ecclesie beatorum Petri et*

Digitized by Google

Andree apostolorum Paderborn, quod ipsi medietatem decime in Amerunghen ab Adam dicto Rump, a Cristina uxore sua legitima, Conrado, Adam filiis, Greta, Alheide filiabus suis et eorum veris heredibus, qui eandem medietatem ab honorabilibus viris Hermanno et Wernhero fratribus dictis de Brakle militibus necnon a *Iohanne, Wernhero, Bertoldo de Asseborch famulis* in pheodo tenebant, emptionis titulo ad usus ecclesie sue compararunt, cuius aliam dimidiam partem a Hinrico Bunnen et a suis heredibus titulo emptionis alias compararunt, et nobis humiliter supplicarunt, ut contractum emptionis predicte approbare et ratificare et dictam medietatem decime eidem ecclesie incorporare dignaremur. Nos igitur *decani* et capituli predictorum precibus inclinati maxime in eo, ut decime a laicorum manibus eripiantur et ad ecclesiam et personas ecclesiasticas transferantur, de bona voluntate nichilominus pleno et expresso consensu honorabilium virorum prepositi, decani et capituli ecclesie nostre predicte, recepta tamen prius predictorum Hermanni et Wernheri militum et Alberti filii ipsius Hermanni famuli necnon *Iohannis, Wernheri fratrum et Bertoldi de Asseborch,* vasallorum nostrorum, qui eandem medietatem decime a nobis, predecessoribus nostris et ecclesia nostra in pheodo hactenus habuerunt, renunciatione et resignatione in manus nostras medietatis decime memorate matura deliberatione prehabita simpliciter et pure propter Deum conferimus, assignamus, tradimus et transferimus ex certa scientia in hiis scriptis ipsius medietatis proprietatem et directum dominium cum omnibus eius iuribus tam in magnis quam in minutis et pertinentiis universis in prefatos dominos *decanum* et capitulum et ecclesiam sanctorum Petri et Andree ex nunc iure proprietatis et possessionis habendam et ab ipsis perpetue possidendam, nichil nobis iuris aut ecclesie nostre predicte in eadem medietate decime et eius pertinentiis reservantes. In cuius rei testimonium nostrum et dicti capituli nostri sigilla presentibus sunt appensa. Et nos prepositus, decanus et capitulum ecclesie Paderbornensis predicte in signum nostri consensus et voluntatis intervenientis circa premissa sigillum nostrum duximus presentibus litteris apponendum. Datum anno Domini M°.CCC°.XXX°. sexto, in octava Epiphanie Domini.

An roth-blauen seidenen geflochtenen Schnüren Siegel des Bischofs u. des Capitels an beiden Exemplaren.

984. Ermgard von Werle, ihre Tochter **Oda, Burchards von der Asseburg Braut (?),** und Adelheid Tochter Bertrams von Werle verkaufen dem Hospital zu Braunschweig 2 Morgen zu Werle. **1336 Februar 25.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Braunschweig.

We Ermeghart wan Werlle wedewe unde Oode oere dochter, *Borghardes leve wan der Asseborch,* unde Alheyt, Berttrammes dochtere wan Werlle, bekennet in dessem breve oppenbarliken, dat we hebbet vorkoft deme spettale to Brunswik twene morghene, de sint gheleghen to Werlle nppe dem velde mit aller slachten nut. Vortmer bekenne we Ermeghart unde *Ode, Borghardes leve wan der Asseborch,* unde Alheyt, Berttrammes dochter wan Werlle, dat dat spettal to Brunswik de nut scal upnemen an mine ansprake unde min dochtere, de hir vor bescrewen sint. Desse bref is gheghewen dusent iar drehundert iar in deme sesen dritteghesten iare, in sunte Mattias daghe.

Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Gedr. fehlerhaft: Pistorius, Amoenitat. histor. iurid. VIII, 2361 (Chartular. Brunsv. hospit. b. Mar. virg.).

985. Knappe Werner von der Asseburg verkauft unter Zustimmung **seiner Gemahlin Ponsilina, seiner Töchter Agnes und Mechtild sowie auch Bertolds seines**

Digitized by Google

Brudersſohns und Ermentrud deſſen Gemahlin und ſeines Bruders Johann die Reynboldshufe bei Riefel für 24 Mark Denare an Stift Heerſe. 1336 März 26.

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münſter, Neuenheerſe Nr. 37.

In nomine Domini amen. Ne acta in tempore simul labantur cum tempore, humana fragilitas statuit ea testimonio proborum virorum et litterarum perhennari. Noscat igitur tam presens etas quam successura posteritas, quod *ego . . Wernherus de Asseborch famulus* cum pleno consensu et bona voluntate *domine Ponsilieneken uxoris mee legitime . . Agnetis et Mechthildis filiarum mearum* et etiam cum pleno consensu et bona voluntate *Bertoldi filii mei fratris et Drudeken uxoris eiusdem legitime necnon Iohannis fratris mei germani* et aliorum omnium meorum verorum heredum et coheredum meorum et eorum omnium, quorum merito ad hoc erat consensus requirendus, vendidi iusta, vera, perfecta et perpetua venditione unum mansum, qui mansus Reynboldeshove dicitur, situm in campis ville Rysele, cum omnibus suis iuribus, pertinentiis et usufructibus in villa et extra villam et omnia, que ab antiquo dicto manso attinebant, ab omni impeditione libernm et solutum, eo modo, quo ipsum mansum a domina . . abbatissa et ecclesia Herisiensi iure pheudali habui. Henrico de Paderborne, canonico ecclesie Herisiensis predicte, pro viginti quatuor marcis denariorum Wartbergh et Brakele usualium michi traditis, numeratis et solutis. Preterea renuntiavi et renuntio per presentes omni iuri et actioni iuris canonici et civilis, que contra predictam venditionem quomodolibet michi et meis heredibus ex dicto manso competebant vel competere poterant in futurum. Promitto etiam una cum meis heredibus fide corporali prestita eidem domino Henrico nomine ecclesie Herisiensis aut cui ipse legaverit plenam omni loco et tempore, quando requisitus fuero, firmam prestare warandiam. Super eo dedi hanc patentem litteram in testimonium omnium et singulorum premissorum *sigillo meo et sigillo patrui mei Bertoldi* firmiter roboratam. Insuper in maiorem certitudinem et perpetue venditionis evidentiam rogavi dominam meam dominam abbatissam secularis ecclesie in Herse pro testimonio, ratihabitione et consensu presentem litteram sigillari. Item rogavi *Iohannem meum fratrem famulum*, . . Hermannum et . . Wernherum de Brakele milites, *consanguineos meos*, ut presentem litteram similiter in testimonium omnium et singulorum premissorum *suis sigillis* sigillarent. Et nos Dei gratia Sophya abbatissa ecclesie in Herse sepedicte, *Iohannes de Asseborg famulus*, Hermannus et Wernherus de Brakele milites predicti ad preces *Wernheri de Asseborgh famuli* iam dicti in testimonium singulorum premissorum *sigilla nostra* decrevimus presentibus litteris appendenda. Testes presentes fuerunt: dominus Henricus, cappellanus domine abbatisse, Hartmannus capellarius sancti Quintini, Bertoldus de Vlechten, Lambertus cappellanus eiusdem, Henricus de Paderborn, sacerdotes, et Henricus de Wanden, et alii quam plures fide digni. Actum et datum in crastino annunciationis beate virginis Marie, anno Domini M°.C°.C°.C°.XXX°. sexto.

Von den an Pergamentſtreifen angehängt geweſenen 6 Siegeln nur an 2. Stelle **Siegel Bertolds** wie Abbildung 29, deſſen eine Seite abgebrochen, ſonſt gut erhalten; alle andern abgefallen.

986. Sophia von der Aſſeburg, Äbtiſſin, und Convent **des Kloſters Böddeken** dotiren die Kapelle des h. Johannes. **1336 April 5.**

Nach Böddeker Copiar aus XV. Jahrh. fol. XXXV^b. im Beſitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg.

In nomine Domini amen. Quia omnium habere memoriam potius est divinitatis quam humanitatis, necesse est ergo, ut ea que geruntur in tempore. perhennentur dictis testium et robore litterarum, ne simul cum lapsu temporis dilabantur. Hinc est, quod *nos Sophia nobilis de Asseborch, Dei gratia abbatissa,* Alheydis de Emmere

Digitized by Google

preposita, Cunegundis de Harhusen decana, Cunegundis de Driborch thesauraria totumque capitulum *secularis ecclesie in Budeken* prehabito maturo consilio et deliberati cooperante nobis gracia spiritus sancti, cupientes pro nostra possibilitate bona opera augmentare, in quibus Deo omnipotenti et eius genitrici gloriose virgini Marie et omnibus sanctis gloria in altissimis, laus et honor in terris poterit exhiberi. Notum igitur esse volumus universis tam presentibus quam futuris, quibus ostense fuerint presentes littere, publice protestantes, quod ob spem divine remunerationis et animarum nostrarum medelam dotare dignum duximus capellam gloriosissimi apostoli Iohannis ewangeliste ceterorumque apostolorum, in curia *domine abbatisse* edificatam, bonis subscriptis, videlicet quodam bono sito in Hiddynchusen prope Ruden, cuius pensio annualis est unum molt avene et quatuor solidi denariorum, que hucusque cappellaneshove appellabatur, quindecim eciam iugeribus agrorum, que prius spectabant ad officium, quod vocatur scenkeamt, et duodecim iugeribus, que predicta *domina abbatissa* propriis denariis emit et comparavit: hec vero bona soli *domine abbatisse* pertinebant: uno eciam bono sito in campo Bodeken, quod nunc colit dictus Slapghe cum universis suis appendiciis, sicut capitulo predicte ecclesie universaliter pertinebat, cum una eciam area, quam sibi quedam puella nomine Ermegardis pie memorie comparavit, que a quolibet rectore huius capelle in bona memoria habeatur. Hec autem bona predicta singula et universa sepedicte capelle perpetuis temporibus inseparabiliter adherebunt. Hanc vero pretactam capellam, tempore quo vacat, domina abbatissa, quecunque pro tempore fuerit, conferre poterit iuxta suam conscienciam alicui viro discreto capellano suo pro utilitate ecclesie fideliter laboranti. *Nos* vero *Sophia Dei gracia abbatissa* sepedicta huiusmodi capellam presentibus conferimus Bertoldo de Dyderykeshusen clerico, notario viri nobilis Bertoldi de Buren, *consanguinei nostri*, intuitu Dei, nam eius conversatio nobis et ecclesie videbatur expedire. Ne igitur hic contractus a nostris successoribus per ignoranciam facti post lapsum temporis deleatur, presentes litteras super hoc confectas in perpetuam memoriam predictorum fecimus *sigillorum nostrorum* munimine, videlicet *domine abbatisse* et capituli nostri, roborari. Presentes erant: Hermannus plebanus in Bodeken, Andreas plebanus in Kerkberch, Conradus et Bertoldus, prebendarii in Bodeken, sacerdotes consentientes huic facto, quantum ad ipsos pertinebat. Datum et actum feria sexta infra octavas Pasce, anno incarnationis Domini M°.CCC°. tricesimo sexto.

987. Werner und Bertold von der Asseburg, Knappen, bekunden Verpfändungsvertrag mit Bernhard Bischof von Paderborn. **1336 April 24.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Fürst. Paderb. Nr. 624.

Datum per copiam. Nos Bernhardus Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus presentibus publice protestamur, quod, cum alias *Wernherus de Asseborg famulus* de consensu *uxoris sue et Bertoldi patrui sui* et omnium heredum suorum Conrado de Scardenberg et Conrado de Colden armigeris et eorum heredibus pro **quadriginta** marcis argenti puri, in quo ipsis se obligatum esse recognovit, redditus **quatuor marcarum** dicti argenti puri titulo pignoris obligavit, tollendos et percipiendos **annuatim** de redditibus viginti quatuor marcarum eiusdem argenti, per nos de consensu capituli nostri ipsi *Wernhero et Bertoldo*, editoribus principalibus predictis **in Nyem deputatis** et obligatis, nos ad instantiam precium predictarum contractum **obligationis** premissum ratificamus et approbamus, ita videlicet, quod durante **obligatione premissa** de eisdem quatuor marcarum redditibus Conrado et Conrado **armigeris predictis** respondere et satisfacere debeat et de summa redditumm *Wernheri et Bertoldi* ibidem remanente debeant iidem quatuor marcarum redditus nichilominus

Digitized by Google

amputari et quod nobis et successoribus nostris eosdem redditus quatuor marcarum a Conrado et Conrado predictis pro quadraginta marcas argenti antedicti, si per principales editores non redimuntur, facultas redimendi semper maneat salva, dum nobis non visum fuerit expeditum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum in crastino Georgii martiris, anno Domini M°.CCC°.XXXVI°. *Nos eciam Wernherus et Bertoldus de Asseborch* predicti recognoscimus contractum obligationis redditauum quatuor marcarum argenti in omni modo et forma, prout promittitur, cum Conrado et Conrado famulis predictis esse celebratum et de summa redditauum, nobis in Nyem per reverendum dominum nostrum Paderbornensis ecclesie episcopum de consensu capituli sui obligatorum, debere durante eadem obligatione defalcari et eundem dominum nostrum episcopum aut successores suos eosdem redditus posse redimere antedictis traditoribus, si per nos redempti non fuerint, ut est dictum, et vera esse omnia et singula prenarrata, quod *sub sigillo unius nostrum, videlicet Wernheri predicti, in quo ambo contentamur*, in presenti duximus lucide protestandum. Datum ut supra.

An Pergamentstreifen wohlerhalten in gelbem Wachs **rundes Siegel Werners** wie Abbildung 16.

988. Bernhard Bischof von Paderborn bezeichnet für zu erbauenden bischöflichen Palast den geeignetsten Platz. **Paderborn 1336 Mai 1.**

Von doppelten Originalen im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Fürst. Paderb. Nr 625.

In nomine Domini Amen. Nos Bernhardus Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus . . . In premissorum omnium robur et evidens testimonium nostrum et dicti nostri capituli, necnon honorabilium virorum abbatis monasterii sancti Pauli et *decani ecclesie sanctorum Petri et Andree apostolorum Paderborne* sigilla presentibus litteris sunt appensa. Nos vero prepositus, decanus et capitulum de communi concordi atque unanimi consensu omnium nostrum in ordinationem super commutatione et distinctione arearum, curiarum, spacii et locorum predictam voluntarie consentientes, eam in omni modo et forma, prout promittitur, ratificamus et presentibus approbamus et in testimonium nostre voluntatis, consensus, ratihabitionis et approbationis atque omnium premissorum sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Nos etiam Bertoldus abbas et *Ecbertus decanus* predicti ad instantiam reverendi in Christo patris et domini nostri Bernhardi episcopi, necnon prepositi, decani et capituli predictorum pro testimonio omnium premissorum *sigilla nostra* duximus presentibus apponenda. Actum Paderborne presentibus honorabilibus viris dominis: Bertoldo abbate predicto, Bertoldo priore monasterii sancti Pauli, *Ecberto de Asseborch decano* antedicto, Iohanne de Selinctorp scolastico et magistro Matthia de Buren thesaurario, canonicis ecclesie sanctorum Petri et Andree apostolorum, Iohanne preposito sanctimonialium sancti Udalrici, Amelungo de Driborch, plebano forensis ecclesie, Ottone de Rethberg comite, Bertoldo et Bertoldo dominis de Buren nobilibus, Hinrico Bolemast, Ravenone de Driborch, Lubberto dicto Westfal, Lodewico Post, Frederico de Brenken, militibus; Wilhelmo, Wilhelmo dictis de Vernede, ministerialibus et castrensibus ecclesie nostre, Iohanne Erenfridi et Alberto de Scerve, proconsulibus, ceterisque consulibus civitatis Paderbornensis, et aliis quam pluribus fide dignis pro testibus ad premissa vocatis, atque datum anno Domini millesimo CCC°.XXX°.VI°., Kal. mensis Maii.

An beiden Ausfertigungen an weiß leinenen Schnüren Siegel des Bischofs, Capitels und Abts von Abdinghof in gelbem Wachs wohl erhalten, **ovales Siegel des Busdorfer Decans Ekbert** wie Abbildung 30, nur noch an einer. Erwähnt und blos die Zeugen: Schaten, Ann. Pad. II, 203. f.

989. **Knappe Werner von der Asseburg** reversirt sich Bernhard (von der Lippe) Bischof

Digitized by Google

von Paderborn gegenüber unter wörtlicher Anführung darüber ausgestellter Urk. wegen der Verpfändung der **Hinnenburg.** **1336 Mai 26.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Fürst. Paderborn Nr. 627.

Datum per copiam. Nos Bernhardus Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod attendentes castrum nostrum et ecclesie nostre *Hindenborch*, cuius edificia per incendium inopinatum et infortuitum consumata sunt et muri eius pro magna parte diruti, ruinam partes relique assidue comminantur, de quo posse provenire grave dispendium nobis et ecclesie nostre verisimiliter formidamus nec posse nisi reparetur et reedificetur commode et utiliter conservari. Quo circa, ut predictis obvietur dispendiis, cum *honorabili viro Wernhero de Asseborch famulo* condiximus et concordavimus in hunc modum, quod idem *Wernherus* triginta sex marcas puri exponere debet in usus structure dicti castri totaliter convertendas, ad quod nos personam ydoneam deputabimus, qui de voluntate et noticia disponat de premissis, cui ipse de pecunia pro tempore absque inpedimento et more dispendio respondebit, et talis a nobis deputatus nobis et ecclesie nostre facere de receptis et dispositis tenebitur rationem. Item duodecim marcas dicti argenti eidem *Wernhero* solvere condiximus pro structura habitationis sue perficiende in superiori castro versus aquilonem alias pro pheudo castrensi hereditarie, cum dictum castrum ab ipso et suis heredibus comparavimus, deputate, ita quod summa tota ipsius *Wernheri* ad quadraginta octo marcas sepedicti argenti puri se extendit. Pro quibus quadraginta octo marcis de bona voluntate, pleno et expresso consensu honorabilium virorum prepositi, decani et capituli ecclesie nostre predicte titulo pignoris obligavimus et presentibus obligamus eidem *Wernhero famulo* tertiam partem castri *Hindenborch* predicti cum tertia parte iurium et pertinentiarum et reddituum, tam in agris cultis et incultis, novalibus, pascuis, pratis, silvis alias per nos cum dicto castro emptionis titulo comparatorum, preter iudicium altum, quod inde excipimus et nobis et nostris successoribus reservamus. Item obligamus eidem ad hoc tertiam partem reddituum et servitiorum nostrorum in loco dicto upper Breden prope Bracle preter iudicium. Item de dimidio manso in campis Bracle sito et de parte nostra et ecclesie Paderbornensis in advocatia Modekessen et Heygenhusen, per predecessores nostros cum oppido Bracle alias emptionis titulo comparatis, tertiam (et d getilgt) partem et de parte nostra in Abenburch similiter tertiam partem eidem *Wernhero* nichilominus deputamus habenda et pacifice possidenda tam diu, donec per nos aut successores nostros dicta pars castri, bonorum et reddituum pro summa quadraginta octo marcarum argenti predicta redimatur ab eodem. Poterit tamen idem *Wernherus famulus* eandem pecuniam in toto vel in parte alii vel aliis non principibus, domnis aut baronibus, sed suis conformibus in nostro territorio bona hereditaria habentibus seu commorantibus assignare, legare seu deputare et tales presentem litteram de ipsius voluntate super premissis notorie et liberaliter sibi presentatam habentes dictam partem castri et reddituum eodem modo, prout ipse, quousque per nos aut successores nostros redimatur, ab eisdem pacifice possidebunt. Hanc redemptionem nos aut nostri successores omni tempore facere poterimus, dum nobis aut ipsis id visum fuerit expedire, et extunc, redemptione taliter facta, eadem tertia pars castri cum tertia parte reddituum predictorum ad nos, nostros successores et ecclesiam Paderbornensem libera redibit et debebit nobis per *Wernherum famulum* predictum seu per hos, quibus ut predicitur, per ipsum assignata, legata seu deputata fuerit, restitui et resignari absque contradictione et cuiuslibet impedimenti obstaculo indilate. Idem tamen *Wernherus de Asseborch* et sui heredes retinebunt

Digitized by Google

mansionem in predicto castro superiori, ipsis pro peculio castrensi alias, prout predicitur, deputatam nec debebunt ipsam munitionem alicui alteri obligare, exponere, locare seu quovis alio modo ab ecclesia nostra alienare, prout ad id se idem *Wernherus* fide data et iuramento corporaliter prestito firmiter obligavit, sed durante obligatione premissa eam fideliter conservare et pro fideli ipsius custodia sub obtentu honoris sui omnem diligentiam, quam poterit, adhibere nec debebit alicui assignationem, legationem seu deputationem eandem ut premittitur facere, nisi sub eadem fide et iuramento se obliget ad premissa fideliter observanda. Adicitur tamen, quod, si possessores dicti castri in agris cum munitione ipsi *Wernhero* ut predicitur obligatis tempore redemptionis per nos aut successores nostros faciende semina aut bladum habuerint, ea pro suo commodo et usu colligi facient et deduci. Preterea alias duas partes tam castri quam redditnum Wernhero de Bracle militi pro se necnon Lodewico militi, Ottoni et Reinhero fratribus, dictis deWolde famulis, etiam pro se obligavimus divisim sub modis et formis, prout in litteris suis ipsis descriptis specialiter traditis continetur, quibus idem *Wernherus de Asseborch* firmam custodiam castri, que vulgariter eyn reyt borchode unde eyn borchvrede dicitur, facere tenebitur et ab ipsis recipere viceversa, durante eadem obligatione inviolabiliter servatura, redemptione vero castri ab aliqua partium predictarum per nos vel successores nostros facta, residuis retinentibus partes suas in dicto castro, similem custodiam castri ex parte ecclesie nostre nos et successores nostri tenebimur renovare. Preterea nullas guerras seu insolencias de eodem castro movebunt nec ad gwerras seu insolencias de eodem castro exercendas extraneum quemquam receptabunt seu fovebunt ibidem. Si tamen ipsi, eorum familia, amici seu propinqui, nostre tamen ecclesie castrenses et subditi, quos ipsi proloqui vellent, actionem, causam seu questionem cum ecclesie nostre inquilinis et subditis haberent, cum talibus debebunt in prosecutione causarum suarum nostre ecclesie iuri et consuetudinibus contentari, ipsos vero, eorum familiam, amicos et propinquos, ut est dictum, cum extraneis causas habentes, si ad consequendam iustitiam a talibus infra duos menses, postquam actionem vel causam huiusmodi ad nos, successores nostros notorie referrent, promovere non possemus, extunc se iuvare et defendere et ius suum prosequi de municione potuerint memorata tam diu, quousque nos aut successores nostri ipsos possimus ad consequendam iusticiam promovere, in quo contentari debent et nobis parere et acquiescere in premissis. Preterea municio ipsa debet nobis aut successoribus nostris et eorum officiatis ac familie patere et aperta esse in omnibus nostris necessitatibus, commodis et utilitatibus, prout alie nostre ecclesie municiones, libere et solute; et si expedierit nobis et successoribus nostris de eadem municione guerras exercere, extunc ipsi castro de periculis cavebimus cum amicis nostris et armatis, prout oportunum fuerit nunciendo. In cuius rei testimonium nostrum et dicti capituli nostri sigilla presentibus litteris sunt appensa. Et nos prepositus, decanus et capitulum ecclesie Paderbornensis predicte in signum nostre voluntatis et consensus intervenientis circa premissa omnia atque in evidens testimonium omnium premissorum sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum anno Domini M.CCC.XXXVI., infra octavam Pentecostes. Et *ego Wernherus de Asseborch famulus* recognosco omnia premissa supra in presenti copia conscripta vera esse et mihi tertiam partem castri *Hindenborch* cum tertia parte redditnum, ut supra scribitur, obligatam esse in eo modo et forma, ut expressum est, quod sub *sigillo meo* presentibus appenso duxi omnibus, quorum interest, publice significandum. Datum ut supra.

An Pergamentstreifen in gelbem Wachs rundes **Siegel Werners** wie Abbildung 16.

990. Bernhard Bischof von Paderborn bekundet mit den Brüdern Ludwig Ritter, Otto

Digitized by Google

und Reinher Knappen von dem Walde zum Wiederaufbau der durch unerwarteten Brand zerstörten **Hinnenburg** geschlossenen Vertrag, und zwar sollen sie 72 Mark dazu verwenden, wofür der 3. Theil **der Hinnenburg** ihnen verpfändet wird, während beide andere Theile vorgenannter Burg dem Ritter Werner von Brakel und **dem Knappen Werner von der Affeburg** verpfändet worden sind. **1336** (infra octavas Pentecostes) **Mai 26.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Grafschaft Ravensberg Nr. 78.

An weißen geflochtenen Fäden in gelbem Wachs wohlerhaltene Siegel des Bischofs u. Domcapitels. Gedr.: Schaten. Ann. Pad. ad. ann. — Behrens Stammbaum des Hauses Affeburg (Paderb. 1721) Bepl. C. fol. 19. Beide Drucke mit dem Fehler Willelmo de Asseborch statt Wernero. Das beim Wiederaufbau der Hinnenburg betheiligte Geschlecht von dem Walde (de Silva, de Nemore) stammt aus dem Ravensbergschen und es kommen jene 3 Brüder wiederholt urkundlich vor. Walburg, die letzte Äbtissin von Böddeken (vor Umwandlung in einen Convent von Regular-Canonikern) 1390—1408 gehörte jenem Geschlechte an.

991. Knappe Werner von der Affeburg verkauft unter Zustimmung **seiner Gemahlin Ponsilina, seiner Töchter Agnes und Mechtild, seiner Brüder Ekbert Decan der Kirche von St. Peter und Andreas in Paderborn und Johann, sowie seines Neffen Bertold und dessen Gemahlin Ermentrud,** sowie **Agnes, Johanns Gemahlin,** den von Paderborn zu Lehn gehenden Brunbardeshof in Brakel ans Paderborner Domcapitel. **Paderborn 1336 September 11.**

Von doppelten Originalen im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Fürstl. Paderb. Nr. 631.

Nos Wernherus nobilis de Asseborch famulus presentibus publice protestamur, quod de bona voluntate, pleno et expresso consensu *domine Ponzelineuxoris, Agnetis et Mechildis, filiarum nostrarum, necnon honorabilis viri Ecberti, decani ecclesie sanctorum Petri et Andree apostolorum in Paderborne, et Iohannis, fratrum, ac Bertoldi, patrui nostri, Agnetis ipsius Iohannis et Drude Bertoldi prefati uxorum* ac omnium heredum et coheredum nostrorum, quorum consensus ad id merito requiri debebat, vendidimus et nos vendidisse recognoscimus honorabilibus viris dominis preposito, decano et capitulo ecclesie Paderbornensis bona nostra, videlicet curtem dictam Brunherdeshof, a reverendo in Christo patre domino nostro Bernhardo Paderbornensis ecclesie episcopo in pheudo descendentem, cum area sua infra oppidum Brakle, que sita est infra valvas Osthemmerdor et Mestichmerdor, septem mansos in campis ibidem continentem, cum ipsius curtis, appendiciis infra oppidum et extra, in ortis, agris, cultis et incultis, pascuis, pratis, silvis et generaliter iuribus et pertinenciis universis pura, iusta et absoluta venditione pro certa pecunie summa, nobis ab ipsis numerata, tradita et soluta. Resignavimus igitur et presentibus resignamus una cum *fratribus, patruo, filiabus* et *uxoribus nostris* predictis dominis preposito, decano et capitulo sepedictis curtem predictam pleno iure in presentia reverendi in Christo patris domini nostri episcopi domini pheudi memorati cum instantia supplicantes, ut ipsam eisdem incorporare et appropriare dignarentur. Et renunciavimus necnon renunciamus per presentes omni iuri, nobis et heredibus nostris in dicta curte et singulis ipsius pertinentiis ex nunc competenti et omni actioni et iuris canonici et civilis, quibus nos contra premissa iuvare possemus suffragio, si qua nobis aut heredibus nostris competere possent in futurum bonis quomodolibet in iisdem. Promittimus etiam unacum *Ecberto et Iohanne fratribus ac Bertoldo patruo nostro* predictis necnon cum Wernhero de Bracle milite, *consanguineo nostro*, fide data simul et insolidum de curte, iuribus et pertinenciis ipsius universis et singulis iure et iudicio, prout oportunum fuerit, preposito, decano et capitulo predictis perfectam et debitam facere warandiam. Addicitur etiam, quod decanus et capitulum antedicti locationem de quodam pomerio,

Digitized by Google

ad eandem curtem pertinente, Hinrico dicto Langgbrugge, opidano in Brakle, ad vite sue tempora per nos factam ratam servabunt, post mortem vero ipsius redimendi ab heredibus suis pomerium ipsum pro una marca argenti puri predicti decanus et capitulum habebunt liberam facultatem. In cuius rei testimonium *nostrum una cum sigillis Echerti decani et Iohannis fratrum, Bertoldi patrui,* necnon Wernheri de Brakle militis pro nobis et heredibus nostris presentibus sunt appensa. Et *nos Ecbertus decanus, Iohannes et Bertoldus* contractum premissum in singulis suis articulis approbantes et ratum habentes, in signum ratihabitionis et approbationis nostre, et nos Wernherus de Brakle miles recognoscentes omnia et singula premissa vera esse et ea, prout promittitur, decano et capitulo predictis pro *Wernhero de Asseborch* et suis heredibus una cum aliis consponsoribus nostris predictis inviolabiliter servatura et in testimonium huius et omnium premissorum sigilla nostra apponi fecimus huic scripto. Testes qui contractui predicto presentes aderant: Conradus de Papenhem, Hinricus de Busche, *Wernerus de Asseborgh* et Liborius de Wlbeke, canonici ecclesie Paderbornensis, Hugo de Defholte, Philippus presbyteri, beneficiati in ecclesia Paderbornensi predicta, Hermann van den Wanden, beneficiatus in ecclesia sanctorum Petri et Andree apostolorum in Paderborne, et alii quam plures fide digni pro testibus ad premissa vocati. Actum Paderborne atque datum anno Domini millesimo CCC°.XXX°. sexto, feria quarta ante exaltationem sancte crucis.

An beiden Exemplaren an weiß leinenen Fäden in grünem Wachse wohlerhalten: 1) **Siegel Werners** wie Abbildung 16; 2) **spitzovales des Decans Ebert** wie Abbildung 30 (von einem abgefallen); 3) **Johanns** wie Abbildung 25; 4) **Bertolds** wie Abbildung 29; 5) dreieckiges Werners von Brakel.

992. Notariats-Instrument, worin das Domcapitel von Halberstadt, Dompropst Heinrich, Domdecan Jacob, Scholastikus Berthold von Kranichfeld, **Burchard der Ältere von der Asseburg,** Werner vom Dike, Thesaurarius Ludwig von Honstein, Kellner Ludwig von Wanzleben, **Burchard der Jüngere von der Asseburg,** Friedrich von Bodenstein, Arnold von Veltheim, Propst zu Walbeck Johann von Nomesleben, Propst zu St. Bonifatii Herbord Mor, Arnold Stammer, Hermann von Holthusen und Johann Hove als Schiedsrichter Streit zwischen dem Capitel U. L. Frauen daselbst und Bischof Albrecht entscheiden. **Halberstadt 1336 December 9.**

Original im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg s. r. U. L. Frauen Nr. 446.

Zeugen: Conrad von Benzingerode, Albrecht von Winnigstedt, Ludolf von Kissenbrügge, Conrad von Minden, Luther von Hildesheim, can. s. Bonifatii, Hover von Osterwiek, Magister Johann von Aschersleben und Johann Derdessen, can. s. Pauli.

Siegel des Capitels.

993. Bernhard Bischof von Paderborn bekundet und bestätigt den Verkauf des Brunhardeshofs Seitens **der Edlen Werner und Johannes Brüder und Bertold ihres Neffen von der Asseburg. 1336 December 14.**

Von doppelten Originalen im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Fürst. Paderb. Nr. 682.

Bernhardus Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus omnibus presencia visuris sen audituris salutem in perpetuum cum noticia subscriptorum. Sciant igitur universi, quod *Wernherus et Iohannes fratres et Bertoldus, eorum patruelis, de Asseborch nobiles,* nostri et ecclesie nostre fideles et vasalli, de consensu *uxorum suarum,* videlicet *domine Ponzeline uxoris, Agnetis et Mechildis, filiarum ipsius Wernheri,* et omnium heredum et coheredum suorum curtem dictam Brunherdeshof cum area sua infra oppidum Brakle, inter valvas Ostemerdor et Mestichmerdor sita, cum agris cultis et incultis in campis Brakle et Holthusen, nec non pascuis, pratis,

Digitized by Google

silvis et pascuis ovium, que scapedrift in wlgo dicitur, aquis aquarumque decursibus et generaliter iuribus et pertinenciis universis, honorabilibus viris dominis decano et capitulo dicte ecclesie nostre pro certa pecunie summa, quam profitebantur sibi ab ipsis traditam et solutam, vendiderunt et se vendidisse coram nobis recognoverunt et transtulerunt ad ipsum capitulum omne ius, quod ipsis *Wernhero et Iohanni et Bertoldo* et eorum heredibus in predicta curte et eius pertinenciis quocunque titulo hactenus competebat vel competere posset quomodolibet in futurum, petentes, ut huiusmodi contractui nostrum consensum et auctoritatem interponere et curiam predictam cum suis pertinenciis memoratis capitulo prefato incorporare et apropriare curaremus. Nos igitur, capituli nostri promocioni et utilitati insistere, ubi possumus, intendentes, recepta resignacione curie et pertinenciarum ipsins a manibus laycorum predictorum, capitulo nostro petente et super eo una nobiscum concordante ac consenciente, sepedictam curiam Brunherdeshof cum agris, iuribus, iuridictionibus et pertinenciis suis universis, ut est dictum, eidem capitulo nostro apropriamus, incorporamus et in proprium damus pleno iure proprietatis et possessionis perpetue et pacifice possidendam. In horum robur et evidens testimonium ad perpetuam rei memoriam nostrum et dicti capituli nostri sigilla presentibus litteris sunt appensa. Nos vero prepositus, decanus et capitulum ecclesie Paderbornensis predicte in signum nostri consensus et voluntatis intervenientis circa predicta atque in evidens testimonium omnium premissorum sigillum nostrum duximus presentibus litteris apponendum. Datum anno Domini M°.CCC°.XXX. sexto, Kalendis mensis Ianuarii decimo nono.

An beiden Ausfertigungen an weiß leinenen Fäden 1) ovales Siegel des Bischofs; 2) großes rundes des Capitels, in dunkelgelbem Wachs, wohl erhalten.

994. **Werner von der Asseburg** quittirt **seinem Verwandten Werner von der Asseburg (Domherrn zu Paderborn)** über Empfang von 85 Mark Silb. Seitens des Paderborner Capitels. **1336 December 16.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Fürst. Paderb. Nr. 633.

Ego Wernherus de Asseborg omnibus presens scriptum intuentibus cupio esse notum, quod *honorabilis dominus dominus Wernherus de Asseborg, meus affinis*, michi ex parte capituli Paderbornensis ecclesie ratione curie, quam a me emerat, gratanter persolvit octuaginta et quinque marcas argenti puri et examinati. In huius testimonium *meum sigillum* apposui huic scripto. Datum feria secunda proxima post festum beate Lucie virginis, anno Domini M°.CCC°.XXX°. sexto.

An Pergamentstreifen in grünem Wachs rundes **Siegel Werners** wie Abbildung 16.

995. Bernhard Bischof von Paderborn bekundet, daß und wie der Zwiespalt zwischen Edelherr Bertold von Büren und von Wevelsburg einer- und Menger und Eberhard Brüdern von Graffen andererseits über Vogtei der Villikation oder des Amts Graffen durch Schiedsrichter, und zwar den Paderborner Domherrn Liborius von Wulbeke und Ritter Hermann von Brakel Büren'scher Seits, Ritter Friedrich von Brenken und Knappe Johann von Verne Graffen'scher Seits, beigelegt sei und daß auch Bertolds Bruder Johann, Heilwig seine Gemahlin, Bernhard, Heinrich, Bertold seine Söhne, Sophia, Jutta, Lisa seine Töchter, sowie Mengers Gattin Godesse, Menger, Conrad, Friedrich und Wibbeken seine Kinder, Mechthild, Eberhards Gattin und seine Kinder Otto und Gisla diesem Vertrage zustimmen. **Paderborn 1336.**

Nach Böddeker Copiar fol. 76a. aus XV. Jahrh. im Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg.

. . Actum Paderburne presentibus honorabilibus viris dominis *Ecberto de Asse-*

borch, decano ecclesie sanctorum Petri et Andree apostolorum Paderburne, Ludolfo de Herse milite, Iohanne de Driborch et Conrado dicto Schildere, famulis, et aliis pluribus fide dignis. Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo sexto.

996. Bernhard Bischof von Paderborn bestätigt auf Bitte **Ekberts von der Asseburg, Decans** und Capitels **der Kirche der h. Peter und Andreas in Paderborn** und unter Zustimmung Burchards von Papenheim, dortigen Propstes, zur Vermehrung des Gottesdienstes und reichlicherer Almosenspende ein Statut über die Einkünfte der Canoniker aus näher bezeichneten Ortschaften. **1337** (sexto Idus Iulii) **Juli 10.**

Vom sehr zerstörten Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Busdorf Nr. 110.

An Pergamentstreifen in gelbem Wachs verletzt: 1) Siegel des Bischofs; 2) des Busdorfer Capitels; 3) **Siegel des Decans Ekbert** wie Abbildung 30. Vgl. Gesch. d. Geschl. Oeynhausen Nr. 9. S. 4. (mit unrichtiger Jahreszahl). 1340 Sept. 23 ist Albert Krevet Decan (Ebenda Busdorf Nr. 117).

997. **Knappe Bertold von der Asseburg** verpfändet unter Zustimmung **seiner Gemahlin Ermentrud** an Warburger Bürger 1/4 des Zehnten zu Brakel für 60 Mark Denare. **1337 December 14.**

Vom Original im Gräfl. Bocholtz-Asseburg'schen Archiv zu Hinnenburg.

Ego Bertoldus de Asseborgh famulus recognosco in his scriptis publicis et protestor, quod cum scitu, bona voluntate et consensu *Drude uxoris mee legitime* ac omnium meorum heredum vendidi iusta venditione et in presentibus vendo Richwino de Enggere, oppidano Wartbergensi, uxori sue legitime et heredibus ipsorum pensionem annuam sex marcarum gravium denariorum Wartberg usualium pro sexaginta marcis denariorum eorundem mihi persolutorum dandam et solvendam in hunc modum, quod ipsi emptores tenebunt et habebunt in sua possessione pacifice et quiete quartam meam partem decime Brakele cum omnibus suis usufructibus et pertinentiis ac duodecim marcas puri argenti in Neym, exponentes dictam partem decime, prout ipsis videbitur expedire, et recipientes promissionem dicti argenti ab oppidanis in Neym, quod argentum dabitur ipsis emptoribus in festo purificationis Marie nunc proxime venturo per unum annum, computantes annonam, sicut emitur et venditur in die Mychahelis in communi foro Brakele, quo facto ipsi emptores de pecunia illius annone ac de argento, quando datum fuerit, in festo purificationis Marie pretacto accipient suam pensionem residuum de sexaginta marcis defalcando et si tunc de pensione vel de sexaginta marcis defecerit quicquam, illud recuperabunt de dictis bonis in sequenti anno vel annis sequentibus et quotiens vel quamdiu ille defectus ad decem marcas se extendit, totiens et tam diu marca pensionis debet superaddi. Ista omnia et singula *ego Bertoldus* predictus necnon *Iohannes et Wernherus dicti de Asseborgh, mei patrui,* promittimus, sicut corporaliter promisimus, data fide et in solidum, firmiter et inviolabiliter observare ac emptores ratione cuiuslibet inpetitionis firmiter warandare, quo non facto, quod absit, extunc legitime super eo moniti infra quindenam post monitionem Wartberge intrabimus, inde non egredientes absque voluntate emptorum, quum omnes et singuli defectus fuerint restaurati. Testes huius rei sunt: Iohannes Weslere, Hermannus filius eiusdem, oppidani Wartbergenses, et plures alii fide digni. Et propter maiorem evidentiam *sigillum mei Bertoldi ac patruorum meorum* prescriptorum presentibus sunt appensa. Et *nos Iohannes et Wernherus* prenarrati recognoscimus *nostra sigilla* in signum veritatis omnium hic positorum huic littere appendisse. Datum anno Domini M°.C°C°C°.X°X°X°. septimo, in crastino Lucie virginis.

Von drei Pergamentstreifen Siegel abgefallen.

Digitized by Google

998. Knappe Johann von Eilwordessen verkauft seine Güter in und außerhalb Villa Ernwordessen an Kloster Marienmünster. **1337 December 31.**

Nach Copiar des Klosters Marienmünster aus Anfang XVI. Jahrh. im Fürstl. Lippe'schen Archiv zu Detmold.

. . . Petens in presentibus litteris *dominos meos pheodi, a quibus dicta bona iure pheodali descendunt*, videlicet *strenuos famulos et honestos domicellos meos, Johannem, Wernerum et Bertoldum dictos de Asseborch*, quantum ob respectum mei perpetui famulatus proprietatem bonorum antedictorum cum universis suis iuribus prememorato domino abbati et capitulo eiusdem conventus propter Deum et in honorem gloriose Marie virginis sub eorum litteris ad hoc apte confectis velint erogare, promittens prefato domino abbati et prenotato capitulo conventus in Munster de antefatis bonis cum omnibus suis iuribus, ut promissum est, sub datione mei fidei firmam, veram et perfectam pre omni impetitione hereditaria debitis temporibus et locis prestare warandiam, quandocunque et quotiescunque ipsis fuerit opportunum. Constitui etiam ipsis in presentibus litteris duos fideiussores, videlicet Bertoldum dictum Sommercalf et Henricum dictum Sessberch, famulos, qui fide data communicata manu promiserunt domino abbati et capitulo conventus prius tacto pro me et post meum promissum, quod, si ipsi per impetitionem hereditariam verbo vel opere quovis modo circa possessionem dictorum bonorum in aliquibus eorum partibus seu iuribus impediti fuerint, quod absit, et ipsi fideiussores proinde moniti fuerint, ex tunc infra proximam quindenam oppidum Brakle ad iniacendum more fideiussorio in ostenso hospitio subintrabunt tam diu, donec talis impetitio omnino fuerit sopita et deleta. Et ista ut predicta rata et inconvulsa eternaliter permaneant, meum sigillum apposui huic scripto. Nos vero Bertoldus dictus Sommercalf et Hinricus dictus Sessberch in signum nostri promissi secundum formam pretextam facti nostra sigilla apponi fecimus huic scripto. Datum et actum in vigilia circumcisionis Domini, anno nativitatis eiusdem M.CCC.XXXVII.

Das Marienmünsterische Copiar aus 1725 im Besitz des Freiherrn von Oeynhausen zu Grevenburg enthält die Urk. Nr. 93. fol. 150. Das von derselben Hand geschrieb. aus 1727 im Königl. Staatsarchiv zu Münster Nr. 89. fol. 145 mit der beglaub. Notiz: authenticis manuscriptis concordans.

999. Propst, Decan und Capitel der Paderborner Kirche bekunden, für die von **Werner, Johann und Bertold genannt von der Asseburg** erkaufte und an Kloster Abdinghof wieder verkaufte Hälfte des Brunhardeshofs nebst Ländereien bei Brakel und Holthusen, sowie einer Hausstätte in Brakel, nämlich für 55 Mark Silb. die Befestigungen Krukenburg und Helmarshausen wieder aufbauen zu wollen, was Bischof Bernhard von Paderborn bestätigt. **Paderborn 1337.**

Von doppelten Exemplaren im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Kl. Abdinghof Nr. 131.

Nos Dei gratia prepositus, decanus et capitulum ecclesie Paderbornensis notum facimus universis presencia visuris et audituris et lucide protestamur, quod accedente beneplacito et consensu omnium nostrorum intervenienteque authoritate et approbatione reverendi in Christo patris domini nostri Bernhardi dicte ecclesie nostre episcopi et omnium, quorum consensus requiri merito debebat, medietatem curie nostre Brunhardeshof in campis oppidi Brakle et ville Holthusen cum area sua infra ipsum oppidum inter valvas Ostichmerdor et Mestichmerdor situate, quam proxime hiis diebus a *Wernhero, Iohanne, Bertoldo dictis de Asseborch* et eorum heredibus emptionis titulo comparavimus, viris religiosis abbati, priori et conventui monasterii beatorum Petri et Pauli Paderbornensis, ordinis sancti Benedicti, iusta, pura et absoluta vendicione vendidimus et nos vendidisse recognoscimus cum ipsius medietatis curie obvencionibus in areis, agris, cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, aquis

Digitized by Google

aquarumque decursibus, fructibus, iuribus et pertinenciis universis, prout ad nos pertinuerat, pleno iure possessionis et proprietatis pro certa pecunie summa, videlicet quinquaginta quinque marcis argenti puri, nobis ab ipsis in precium ponderatis, traditis et solutis, et hanc pecuniam in usus necessarios diete ecclesie nostre, videlicet in subsidium redemptionis municionum Krukenbergh et Helmwordeshusen, convertimus, considerato in hoc nichilominus diete ecclesie nostre commodo et profectu, alia medietate diete curie Brunhardeshof, iurium et pertinenciarum ipsius nobis nichilominus reservata, quam quidem curtem cum dictis religiosis et ipsi nobiscum retinebimus indivisam cum ipsius onere et honore fructus, redditus equaliter dividendo, et neutra parcium medietatem suam alii vel aliis vendere vel obligare poterit vel debebit, nisi una pars alteri, vel nisi hoc de alterius partis procedat beneplacito et consensu, vel nisi pars illa ipsam comparare nollet et notorie recusaret, pro tali precio, pro quo alius vel alii eam, exclusis dolo et fraude, possent et vellent sibi, ut predicitur, emptionis seu obligacionis titulo comparare. Renunciamus igitur omni iuri, quod nobis in medietate dicte curtis competebat, et omni actioni iuris canonici et omni excepcioni doli, fraudis, circumvencionis, que nobis possent suffragari vel quibus nos iuvare possemus contra premissa quomodolibet in futurum, volentes eisdem iure et iudicio de eadem medietate curtis ac pertinenciarum ipsius perfectam et debitam facere warandiam. In cuius rei testimonium nostrum et reverendi in Christo patris et domini nostri Bernhardi episcopi predicti sigilla presentibus sunt appensa. Et nos Bernhardus Dei graeia Paderbornensis ecclesie episcopus ad instanciam parcium predictarum in signum approbacionis nostre et pro firmitate ampliori et pro testimonio omnium premissorum sigillum nostrum duximus presentibus litteris apponendum. Actum Paderborne presentibus honorabilibus viris dominis Wilhelmo de Ittere, *Wernhero de Asseborch*, Liborio de Wlbeke cantore, canonicis ecclesie Paderbornensis, Alberto Crevet, Hugone de Defholte, Frederico de Herse, presbiteris, beneficiatis in ecclesia Paderbornensi predicta; Frederico de Brenken, Alberone de Etlen, militibus; Wilhardo de Drevere, Ludolfo de Ehnerinchusen et Heynemanno van den Vanne, famulis; Iohanne Erenfridi, Hinrico Longo, Iohanne upper Beke et Conrado de Molendino, civibus in civitate Paderbornensi, et aliis quam pluribus fide dignis pro testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis, atque datum anno Domini M°.CCC°.XXXVII.

An beiden Exemplaren an grün-weiß seidenen Schnüren ovales Siegel des Bischofs und großes rundes des Capitels in braunem Wachs.

1000. Ritter Burchard von der Asseburg, Ekbrechts Sohn, entsagt vor dem Rath der Altstadt Braunschweig allen Ansprüchen an ½ Hufe und Hof in Remlingen. **1337.**

Nach gleichzeit. Degedingsbuch des Raths der Altstadt Braunschweig fol. 110ᵇ im Stadtarchiv daselbst.

Anno Domini M°.CCC°.XXXVII°. *Her Borchard von der Assehorg riddere, hern Ecbrechtes sone,* heft bekant, dat he hebbe aftichte ghedan vor sik unde vor sine erven van ener halven hôve unde van eneme hôve to Remninge, also dat he noch sine erven vortmer dar nicht up saken ne scullen. He wel oc eyn ware wesen dessulven gudes van allerleye ansprake, wanne unde wor des nod is. In dersulven wise heft Vricke van Remningke vor sek unde vor sine erven darvan aftichte dan.

1001. Johann, Werner und Bertold, genannt von der Asseburg, geben als Lehnsherren ihre Zustimmung zum Verkauf der Güter Johanns von Eilwordessen an Kloster Marienmünster und übertragen jenem Kloster alle ihnen bisher zustehenden Rechte. **1338 Januar 7.**

Nach Copiar des Klosters Marienmünster im Fürstl. Lippe'schen Archiv zu Detmold.

In nomine Domini amen. Universis et singulis, ad quorum notitiam presentes

Digitized by Google

littere pervenerint, *nos Iohannes, Wernerus et Bertoldus dicti de Asseborgh* volumus esse notum, quod ad nostram presentiam venit Iohannes dictus de Eilwordessen famulus, *noster vasallus,* dicens se cum bona voluntate et consensu omnium heredum suorum rite et rationabiliter vendidisse omnia bona sua, que habuit in villa et extra villam, videlicet in campis Ermwordessen, pariter et divisim, tam in minimis quam in magnis, cum universis eorundem bonorum iuribus, usufructibus et appendiciis, campis, pratis, pascuis, aquis atque silvis, agris cultis et incultis ac novalibus, honorabili viro ac domino Hermanno dicto de Mengherssen abbati et capitulo sui conventus monasterii sancte Marie in Munster prope Svalenberch, ordinis sancti Benedicti, pro quadam summa pecunie sibi gratanter soluta, et dimisisse eadem bona ipsis in suam corporalem possessionem cum omnibus et singulis eorundem bonorum iuribus, prout sibi attinebant et prout possidebat ea ab antiquo, perpetuis temporibus hereditarie possidenda, petens nos, *quia dicta bona a nobis ad porrigendum iure pheodali descendunt,* ut in honorem sancte Marie virginis et suarum precum instantiam, prenominatum ius patronatus et pheodationis prefato abbati et dicto suo conventui vellemus erogare simul et proprietatem eorundem bonorum, quia ad nos spectat, eisdem eum omni iure eiusdem proprietatis mallemus elargiri. Preterea prememoratas petitiones dicti Ioannis de Eilwordessen famuli, prehabito maturo consilio et deliberatione, exaudientes, eundem dominum abbatem et prescriptum capitulum sui conventus cum proprietate antedictorum bonorum approprietavimus in his scriptis, abrenuntiantes penitus omni proprietati prescriptorum bonorum et omni iuri et actioni, que nobis aut nostris heredibus ad retorsionem prelibate proprietatis et dictorum bonorum quovismodo in posterum competere poterit in iure canonico et civili, promittentes memorato abbati et dicto conventui prestita fide communicata manu, de prescripta proprietate dictorum bonorum veram et firmam prestare warandiam pre omni impetitione hereditaria, quandocunque eis fuerit opportunum. Et ut ista firma et inviolata in eternum perseverent, ea cum appensione *nostrorum* in presentibus *sigillorum* stabilivimus et ratificamus, approbamus et firmiter confirmamus. Datum et actum in crastino Epiphanie Domini, anno nativitatis eiusdem M.CCC.XXXVIII.

Das Marienmünsterſche Copiar von 1725 im Beſitz des Freiherrn von Oeynhauſen zu Grevenburg enthält die Urk. Nr. 87. fol. 142. — Das von derſelben Hand geſchrieb. von 1727 im Königl. Staatsarchiv zu Münſter Nr. 90. fol. 148 mit beglaub. Notiz: authenticis manuscriptis concordantem.

1002. Gebhard von Bortvelde läßt Biſchof Heinrich von Hildesheim von ihm zu Lehn gehende Hufen auf. **1338 Februar 10.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Hannover, Domſtift Hildesheim.

Deme erhaftigen vorsten biscope Henrike to Hildensem enbeyde ek Gevehart van Bortvelde hern Ludolves sone van Bortvelde myn willige deynest. Iuwer hovesscheyt geve ek up vif hove to Mandere, de ek van gik to leyne hebbe, alsodane wis unde mit also daneme underscheyde, dat gi se lenen Hoygere van Mandere. Vortmer late ek vor Alheyt Gevehardes moder gik ok up der sulven hove dre van den viven, efte gi se lenen deme vore gesprokene Hoygere. *Under her Borchardes unde Gunczelines ingheseylen van der Asseborch* sende ek vor Alheyt gik up de dre hove vore gescrevene. Dit is gheschen na Godes burt dritteynhundert iar in deme achteden unde drittigesten iare, in sunte Scolastiken daghe der hilgen iungvrowen.

An Pergamentſtreifen in gelbem Wachs 1) dreieckiges Siegel des Ausſtellers; 2) **rundes Siegel Burchards** wie Abbildung 21 verletzt; 3) wohlerhaltenes **rundes Gunzelins** wie Abbildung 27.

1003. Bernhard von Böddeken, Bürger in Paderborn, verkauft mit Zuſtimmung ſeiner

Digitized by Google

Frau Mechtild seinen Hof in Böddeken und andere Ländereien daselbst und in Tündeln, von denen er jährlich 12 Denare zahlt, dem Priester Bertold von Dyderikeshusen und Alheid von Verndynch, zum Nutzen der St. Johannescapelle. **1338 März 20.**

Nach Böddeker Copiar fol. 35ª. aus XV. Jahrh. im Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg.

. . Testes aderant: *dominus Wernerus de Lechede, canonicus ecclesie Paderbornensis,* Andreas de Atlen clericus, Antonius Kake famulus, Hinricus Cop, Iutta decana, Cunegundis thesauraria ecclesie Budecensis, et alii quam plures fide digni. Nos eciam *Wernerus de Lechede, canonicus ecclesie Paderbornensis,* et Antonius Kake testes prenominati, quorum in placitis predicti contractus fuimus, ad petitiones parcium utrarumque et in testimonium omnium premissorum sigilla nostra apposuimus huic scripto. Datum et actum feria sexta ante dominicam qua cantatur Letare, anno Domini M°.CCC°.XXX. octavo.

1004. Burchard von der Asseburg genannt Vasolt verkauft mit Consens **seiner beiden Brüder Burchard des Mittelsten und Burchard des Kleinen** Bürgern in Braunschweig 6 Scheffel Roggen Jahrgülte aus der Leiferder Mühle für 11 Mark, vorbehaltlich des Wiederkaufs nach drei Jahren. **1338 April 23.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. Stetterburg).

Ek Borchard van der Asseborch gheheten Vasolt bekenne openbare in disseme ieghenwordeghen breve, *beseghelet mit mineme ingheseghele,* unde do witlik allen den, de ene sen eder lesen hôret, dat ek mit vulborde *miner brodere,* de hirna sint ghescreven, redheleken unde rechtleken hebbe vorkoft unde ghelaten ses scepele roggen, de ek hadde to ghelde an der molen to Leyforde, Deninge Herdeken unde Herdeken sineme ome, borgheren to Brunswich, unde eren rechten erven vor elven lodeghe mark Brunswikescher wichte unde witte, de me gentzleken sint betalet. Dhesulven ses scepele gheldes hebbe ek gheleghen unde lene se mit disseme breve den vorebenomden borgheren to rechteme lene unde wille on unde eren erven des kopes unde lenes eyn recht were wesen unde untwerren van aller redheleker ansprake, wor on des nod is unde wanne se dat van me eschet. Oc seullet de provest unde de closterlude van Stederborch de ses scepele roggen on bereden unde in de stad to Brunswich vor ere dôre voren laten aller iarlek to sunte Micheles daghe sunder hinder. Unde disse kop is ghedan mit dissen underscedhen, dat ek noch nement van miner weghene desulven ghulde binnen dren iaren, de nelkest anstande sint van der utghift disses breves, wederkôpen ne scal, sunder wanne de dre iar umme komet, lustede me denne des wederkopes to donde, dat scal ek ofte mine erven Deninge unde Herdeken sineme ome vorebenomet vore weten laten aller iarlek to Wynachten unde darna to dem neysten Paschen betalen elven mark lodeghes sulveres, Brunswikescher witte unde wichte, in der stad to Brunswik on ofte eren erven vor disse weringe. Dor mer wissenheyt sette ek on to borghen *mine brodere,* de hir na stat benomet. Unde weret, dat miner to kort worde, de wile dat de kop warede, so scolden mine erven ofte *mine brodere* desulven gulde lenen den voresprokenen borgeren eder eren erven to rechteme lene sunder gave. Vortmer *we Middelste Borchard unde Lutteke Borchard brodere van der Asseborch* lovet entruwen in disseme breve, *mit usen ingheseghelen beseghelet,* Deninge Herdeken unde Herdeken sineme ome unde eren erven, oft an *Borcharde Vasolde, useme brodere,* an disseme kope unde lene brocke worde van dode eder van anderen ieneghen stucken binnen disser tyd, des God nicht enwille, wanne we darumme ghemanet worden, darna binnen den neysten verteyn nachten sculle we iniden to Brunswik unde dar uthe nicht benachten, we enhedden den brocke irvullet eder we endeden dat mit ereme guden willen.

Digitized by Google

Weret ok, dat user twyer en storve binnen der tyd, dar us God vore beware, de andere de noch levede scolde enen guden borghen weder in des stede setten, deme men gheloven mochte, binnen ver weken na der tyd, alse men dat van eme eschede. Disse bref is ghegheven na Gotdes bord dritteynhundert iar in deme achteden unde dritteghesten iare, in sunte Iurien daghe des hilghen merteleres.

An Pergamentstr. beschädigte **Siegel der drei Brüder Burchard** wie Abbildungen 31, 32 u. 33.

1005. Ritter Burchard und Knappe Gunzelin von der Asseburg, Söhne weiland Ritter Ekberts des Jüngeren von der Asseburg, verkaufen mit Consens **ihrer Schwestern Eufemia und Adelheid, sowie Kunigund, Elisabeth und Ekbert, Burchards Kinder,** dem Vicar des Blasiusstifts in Braunschweig 4 Hufen nebst Hofplatz in dem wüsten Westeren bei Atzum. **1338 Mai 3.**

Vom Original im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. St. Blasii).

In nomine Domini amen. *Borchardus miles et Guncelinus famulus, fratres, dicti de Asseborch, filii quondam Ecberti iunioris de Asseborch militis,* omnibus in perpetuum. Cum per motum temporum deperire soleant acciones hominum, nisi eas roboret vivacitas litterarum, hinc est, quod notum esse volumus universis tam presentibus quam futuris, quibus presens scriptum fuerit ostensum, quod Hillebrandus de Oldendorpe, filius quondam Iohannis de Oldendorpe, et Conradus, Helmoldus, Albertus et Albertus, fratres, filii quondam Alberti Pistoris, civis in Bruneswich, filii sororis domini Helmoldi dicti de Oldendorpe, perpetui vicarii ecclesie sancti Blasii ibidem, eodem domino Helmoldo procurante et efficiente, resignaverunt nobis quatuor mansos cum spacio unius aree sitos in campis quondam ville Westeren iuxta campos ville Attelevessem, Halberstadensis dyocesis, quos a nobis in pheodo tenebant iure pheodali, quo facto nos bona et sufficienti deliberacione prehabita cum expresso consensu omnium propinquorum nostrorum, quorum intererat et quorum consensus de iure vel de consuetudine ad hoc fuerat requirendus, cum concordi voluntate et unanimi consensu vendidimus eosdem quatuor mansos et eorundem proprietatem et omne ius et dominium, quod in ipsis mansis habuimus, predicto domino Helmoldo et in ipsum transtulimus et in Dei nomine transferimus per presentes cum omnibus eorum utilitatibus ac pertinenciis universis, villis, silvis, campis, pratis, pascuis, viis et inviis, ab omni iure advocacie, comicie et qualibet servitute prorsus liberos et solutos, proprietatis et libertatis titulo, sicut nos et predecessores nostri ipsos pacifice possedimus, possidendos, renunciantes pro nobis et nostris heredibus et propinquis predictis quatuor mansis et proprietati et iuri dominii et utilitati, quod in eis nobis competebat et competere potuisset in futuro, ita eciam, quod idem dominus Helmoldus per presentes litteras sepe dictos quatuor mansos et eorum proprietatem dare et efficaciter transferre possit sine omni excepcione ex parte nostra in quamcunque voluerit ecclesiam vel personam. Volumus insuper eundem dominum Helmoldum et omnes, in quos ipse prefatus quatuor mansos eum eorum proprietate per presentes litteras transtulerit, tam in possessione quam in proprietate et omnibus eorum utilitatibus ac pertinenciis legitime warandare et ab omni homine, si quod absit, litem, impeticionem aut controversiam ipsis aliquo in eisdem quatuor mansis in parte vel in toto moveri contigerit, efficaciter disbrigare. Misimus eciam et per presentes litteras mittimus sepedictum dominum Helmoldum in predictorum quatuor mansorum et omnium suorum pertinencium ac utilitatum possessionem corporalem. In cuius rei evidens testimonium et perpetuam memoriam dedimus predicto domino Helmoldo presentem litteram inde conscriptam *sigillis nostris* patenter et perpetualiter communitam. Testes vero sunt: Iohannes de Ampleve, Ghevehardus de Weverlinghe.

Digitized by Google

Godfridus de Bodenrode, milites; Bertrammus de Veltum, Ludolphus de Wenthusen, Iohannes de Volesem, famuli; Bertrammus et Iohannes fratres dicti de Velstide, Hermannus Faber, Ludolphus de Were, cives in Brunswich, et quam plures alii fide digni. Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo octavo, in festo invencionis sancte crucis. Ego eciam Ghevehardus miles de Bortvelde dictus de Indagine publice recognosco, quod *Offemya* uxor mea, *soror prefatorum Borchardi et Guncelini de Asseborch*, me iubente plenarium consensum adhibuit vendicioni et translationi supradictorum quatuor mansorum et eisdem renunciavit et in Dei nomine renunciat per presentes pro se et omnibus suis omni iuri, quod sibi in eisdem mansis competebat aut competere potuisset in futuro. Ego eciam Ghevehardus famulus dictus de Bortvelde, filius quondam Ludolphi de Bortvelde militis, recognosco, quod ego et *mater mea Adelheydis, soror iam dictorum Borchardi et Guncelini*, plenum consensum adhibuimus vendicioni et translacioni iam dictorum quatuor mansorum et omnium suorum pertinencium et renunciavimus et in Dei nomine renunciamus per presentes pro nobis et omnibus nostris omni iuri, quod nobis in iam dictis quatuor mansis competebat seu competere potuisset in futuro. Ego eciam Rotgherus dictus de Ampleve famulus publice recognosco, quod *Konegundis* uxor mea, *filia supradicti Borchardi de Asseborch militis*, me iubente plenarium consensum adhibuit vendicioni et translacioni sepe dictorum quatuor mansorum et renunciavit et in Dei nomine renunciat per presentes pro se et omnibus suis omni iuri, quod sibi in eisdem mansis competebat vel competere potuisset in futuro. Ego eciam Konemannus dictus de Winningestide famulus publice recognosco, quod *Elizabet* uxor mea, *filia sepedicti Borchardi de Asseborch militis*, me iubente plenarium consensum adhibuit vendicioni et translacioni supradictorum quatuor mansorum et omnium suorum pertinencium et renunciavit et in Dei nomine renunciat per presentes pro se et omnibus suis omni iuri, quod sibi in eisdem mansis competebat seu competere potuisset in futuro. Preterea nos iam dicti Ghevehardus de Bortvelde miles, Ghevehardus de Bortvelde famulus nec non Rotgherus de Ampleve et Konemannus de Winningestide, famuli, protestamur, quod ad instanciam sepedictorum *Borchardi* et *Guncelini fratrum de Asseborch* in solidum promittimus per presentes, quod satisfaciemus prenominato domino Helmoldo et omnibus, in quos ipse sepe dictos quatuor mansos et eorum proprietatem transtulerit, si, quod absit, iam dicti *Borchardus* et *Guncelinus fratres de Asseborch* in aliquibus, que sibi promiserunt, fuerint negligentes, et in huius rei evidens testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Ego eciam *Ecbertus filius* sepe dicti *Borchardi de Asseborch militis* publice recognosco, quod vendicio et translacio sepe dictorum quatuor mansorum facta est cum consensu et approbacione mea et renunciavi et in Dei nomine renuncio per presentes omni iuri, quod in eisdem mansis vel in eorum proprietate michi competebat vel competere potuisset in futuro, obligans me prenominato domino Helmoldo et omnibus, in quos ipse eosdem mansos transtulerit, ad faciendum cum *patre meo Borchardo* et *fratre suo Guncelino* omnia et singula, que ipsi in presenti littera facere promiserunt, et in huius rei evidens testimonium *sigillum meum* presentibus eciam patenter est appensum.

Von den sieben Siegeln an Pergamentstreifen die **Ritter Burchards** und des Knappen von Winnigstedt abgefallen; die drei Siegel der von Bortfeld und von Ampleben beschädigt; **Siegel des Knappen Gunzelin** wie Abbildung 27 und **Ekberts** wie Abbildung 34.

1006. **Werner und Bertold genannt von der Asseburg Knappen** verkaufen mit Zustimmung ihrer **Gemahlinnen Ponsilina und Ermentrud und Werners**

Digitized by Google

Töchter Agnes und Mechtild der Mittelmühle zu Brakel Acker und Wasserlauf der Brucht. **1338 Mai 14.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Brakel I, 11.

In nomine Domini amen. Ne acta in tempore per diuturnitatem temporis a memoria labantur et a tramite recto discedant, humana persuasit discretio ea proborum virorum et litterarum testimonio committere eternitati. Noscat igitur tam presens etas quam successura posteritas, quod *nos Wernherus et Bertoldus dicti de Asseborch, famuli,* cum bona voluntate et pleno consensu *dominarum nostrarum uxorum Ponciline et Ermendrudis ac filiarum mei Wernheri Agnetis et Mechthildis* universorumque nostrorum verorum heredum ac omnium et singulorum, quorum merito voluntas et consensus ad hoc fuerat requirendus, vendidimus iuste venditionis tytulo pro quadam summa pecunie, tradita nobis et soluta, agrum quendam situm extra fossata opidi Brakele, ita quod una extremitas eius dicta fossata attingit, ubi aqua dicta Brucht influit dictum opidum Brakele, et ab hinc iacet protensus in longum circa ripam dicte aque versus aquilonem plagam usque ad viam, que ducit a Breda citra ortum plebani in Brakle ad campum extra valvam Meschemerdor, in latum extremitates dicti agri sunt a dicta ripa versus plagam orientalem usque ad sepes ortorum, vendimus etiam in hiis scriptis antiquum decursum dicte aque, qui decursus circumfluit dictum agrum circa sepes dictorum ortorum, et omnes anfractus inibi existentes cum toto fundo eiusdem agri molendinariis, qui possident molendinum dictum Myddelmolen, quod situm est in opido Brakle. Applicamus et coniungimus dictum agrum dicto molendino, ita quod dictus ager et dictus decursus aque cum suis anfractibus debent esse membrum tocius molendini et ad ipsum hereditarie eternaliter adherere cum omnibus suis iuribus, prout nostrum esse dinoscebatur, nolentes ipsum agrum aut dictum decursum aque aut anfractus, qui wlgariter dicuntur waterbroke, in aliquibus suis iuribus a dicto molendino dimembrari quovis modo, sed molendinarii eiusdem molendini, quicunque pro tempore fuerint, possunt cum dicto agro et cum dicto decursu antique aque et eius anfractibus facere quidquid decreverint fodiendo exinde terram ad reformandam ripam, quotiens ipsis opus fuerit, et ad omnia faciendum, prout ipsis cum eo videbitur expedire, volentes ipsis molendinariis de antefato agro, qui vocatur camp, et dicto decursu antique aque et de eius anfractibus plenam et firmam prestare warandiam loco et tempore, quocunque ipsis fuerit oportunum. Et ut ista rata et inconvulsa eternaliter perseverent, presens scriptum *nostris sigillis* fecimus stabilire. Petivimus etiam *Iohannem de Asseborch famulum, fratrem mei Wernheri et patruum mei Bertoldi,* quod in signum dicti contractus, quia ipse ordinator huius exstiterat, *suum sigillum* in testimonium apposuit huic scripto. Testes dicte ordinationis interfuerunt: Wernherus Hartwici et Ludolfus de Erklen, proconsules opidi Brakele, et alii quam plures. Datum et actum feria quinta proxima post festum beatorum martyrum Nerei, Achillei, Pancracii et Modewaldi. anno Domini M°.CCC°.XXX. octavo.

An Pergamentstreifen in grünem Wachs: 1) rundes **Siegel Werners** wie Abbildung 16; 2) rundes **Bertolds** wie Abbildung 29; 3) rundes **Johanns** wie Abbildung 25.

1007. Otto Graf von Rietberg bekundet die durch Schiedsleute erfolgte Beilegung von Streitigkeiten mit **Knappe Werner von der Asseburg und dessen Gemahlin Ponsilina,** seiner Schwester, um deren Leibzucht. **1338 Juli 19.**

Vom Original im Gräfl. Bocholtz-Asseburg'schen Archiv zu Hinnenburg.

We Otto van Godes gnaden greve van dem Retberge bekennet unde betuget openbare in desseme yegenwordigen breve under usem ingesegele, dat wi mit *Wernere*

Digitized by Google

van der Asseborch, dem vromen knapen, unde siner wruwen Punselinen, user suster, umme ere liftucht, dar ichteswat schelinghe van gewesen, hewet under uns vormiddest dem erbaren heren unde vadere in Gode byschop Bernhard van Paderborn, unsem heren, unde hern Frederike dem dekene aldar, unsem brodere, unde anderen usen vrunden gedegedinghet hebbet unde aldus vorscheden sint, dat de sulve *use suster* ere liftucht schal ane usen eder user erven hindernisse vredeliken unde rouweliken besitten, de wile dat se levet, so ere breve spreket, de se ok van uns darup hevet. Vortmer so schal se *use suster* eder *Werner* vorbenomet, icht se wo nicht en were, ute dem sulven gode, dar se de liftucht hevet, upnemen to den noyesten ver iaren vertich mark Sozatischer penninghe, so dar ginghe unde geven sint, io des iares teyn mark vor den del der gulde, de ere vorbeholden was. Wi ne scholen ok nene bede in dem sulven gode nnde to den luden, de dar uppe wonet, don, de wile de de vertich mark van *user suster* eder van *Wernere* nicht gensliken weren upgeboret. Wolde wi over wagene eder plöge bidden aldar, dat scholde wi don mit *Werneres* oder siner knechte willen. Vortmer hebbe wi gebeden usen heren den byschop unde usen broder den deken vorbenomet, dat se dessen bref besegelet hebbet mit eren ingesegelen to ener merer bekantnisse desser ding. Unde wi Bernhard byschop, Frederik deken vorbenomet dor bede willen des vorbenomeden greven unde *Werneres* hebbet dessen bref laten mit usen ingesegelen besegelet, de gegeven is na Godes bort wan men scref dusent drehundert an dem achte unde drittigesten iare, des sundages vor sunte Iacobes dage.

Siegel und Pergamentstreifen aus den drei Einschnitten verloren, neben welchen der Reihe nach steht: sigillum comitis, sig. episcopi, sig. decani.

1008. Knappe Werner von der Asseburg verkauft unter Zustimmung **seiner Gemahlin Ponsilina, seines Bruders Johann, Bertold, seines Brudersohns, Knappen genannt von der Asseburg und seiner Töchter Agnes und Mechtild** eine Hufe bei Sebeke an Hermann Decan von St. Peter in Hörter. **1339 März 19.**

Nach Heerser Copialbuch Nr. 135 fol. 225. im Königl. Staatsarchiv zu Münster.

Ego Wernherus dictus de Asseborch famulus cum consensu et bona voluntate *(P) Onciline, conthoralis mee legitime, Iohannis fratris mei, Bertoldi mei fratruelis, famulorum dictorum de Asseborch,* nec non *Agnetis et Mechtildis, mearum filiarum,* omniumque meorum heredum vendidi et vendo in hiis scriptis tytulo iuste venditionis unum mansum situm in villa et in campis ville Seybeke honorabili viro domino Hermanno, decano ecclesie sancti Petri in Huxaria, ei ad tempore vite sue, et postquam de medio sublatus fuerit, capitulo secularis ecclesie Herisiensis et capellario capelle sancti Dionysii ibidem simul, quibus dictus dominus decanus ob remedium sue anime donavit et legavit eternaliter ad possidendum, dimittens actu eundem mansum cum omnibus suis iuribus et attinentiis ipsis in suam possessionem corporalem perpetuis temporibus ad possidendum pacifice et quiete. Quapropter *ego Wernherus* petivi *Iohannem meum fratrem* predictum et *Bertoldum meum fratruelem* prescriptum, quod una mecum simul accessimus ad dilectam nostram dominam Sophiam abbatissam, resignantes sibi corporaliter eundem mansum et in presentibus resignavimus, petentes et impetrantes ad omnia suam voluntatem premissa, abrenunciantes penitus omni iuri ad ipsum mansum et omni actioni, quod ius vel que actio nobis vel nostris heredibus imposterum competere poterit, promittentes unanimi manu data fide prefato domino decano, quoadusque vixerit, et post eius funera prenotato capitulo de dicto manso cum omnibus iuribus eius firmam et veram prestare warandiam pro omni impetitione hereditaria. In horum omnium veritatis

Digitized by Google

testimonium *nostra sigilla* apponi fecimus huic scripto. Testes et ordinatores presentium fuerunt: Hermannus et Wernherus milites dicti de Brakele, Otto de Wolde famulus et alii quam plures fide digni. Datum et actum feria sexta proxima ante festum Palmarum, anno Domini M.CCC.XXXIX.

1009. **Knappe Johann von der Affeburg** verkauft mit Zuſtimmung **ſeiner Gemahlin Agnes** zwei Gartentheile für 15 Mark Denare. **1339 April 7.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Brakel.

Ego Iohannes dictus de Asseborch famulus recognosco per presentes litteras *meo sigillo munitas*, quod cum bona voluntate et consensu *domine Agnetis, conthoralis mee legitime*, omniumque meorum verorum heredum vendidi iuste venditionis tytulo de orto meo, sito extra fossata opidi Brakele ante valvam Ostemerdor, duas quasdam partes eiusdem ortus, continue tamen sitos, quarum unam partem habet Tydericus dictus de Hemmenhosen et reliquam partem Iohannes dictus Schele, quibus easdem partes locavi pro annuali pensione deputata, et vendo in hiis scriptis Bodoni deme Locre et Cristine sue uxori legitime suisque veris heredibus pro quindecim marcis eorundem denariorum gravium opidi Brakele legalium et usualium michi ex toto gratanter traditis et solutis et ponens ipsos actu in possessionem dictarum parcium antedicti ortus cum omnibus iuribus suis perpetuis hereditarie ad possidendum et ad colonum statuendum et destituendum et ad ha(bendum) secundum sui libitum et profectum, con(ditione) posita tamen tali, quod . . veri heredes prememorati easdem partes orti reemere . . . (nativi)tatis Christi et beati Petri ad cathedram pro quindecim marcis denariorum prius tactis . . fide prestita omnia hic contenta ipsis amicabiliter observare, adiecto tamen, quod, cum partes ortus prefati reemere contingerit, si extunc dictus Bodo vel sui heredes antefati aliqua semina, cuiuscunque specie illa fuerint, talia semina et fructus, cum maturescerint, debitis temporibus absque pensione aliqua licite debent percipere et metere et deportare. *Nos* igitur *Wernherus et Bertoldus dicti de Asseborch, famuli,* appromisimus et appromittimus prenarrato *Iohanni* una cum eo et ipse nobiscum unanimi manu fide data sub appensione *nostrorum sigillorum* dicto Bodoni et Cristine predicte et eorum veris heredibus de prefatis duabus partibus dicti ortus cum omnibus suis iuribus, secundum formam omnium premissorum, pre omni inpetitione hereditaria firmiter warandare. Datum et actum feria quarta proxima post festum beati Ambrosii confessoris, anno Domini M°.CCC°.XXX°. nono.

Von den zwei erſten Pergamentſtreifen Siegel abgefallen; am 3. in weißem Wachs **Siegel Bertolds** wie Abbildung 29. Urk. durch Mäuſefraß verletzt.

1010. Ritter Hermann von Brakel verkauft mit Zuſtimmung ſeiner Gemahlin Gisla und ſeiner Söhne Bernhard, Albert, Werner und Hermann an Kloſter Brenkhauſen 2 Hufen in den Feldern von Wimelſen. **1339 Juni 16.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Brakel.

. . Ut igitur universa et singula premissa inconvulsa firma permaneant atque rata, ego Hermannus de Brakele miles predictus presens scriptum dedi cum sigillo meo una cum sigillis filiorum meorum Bernhardi et Alberti firmiter communitum et ad maiorem certitudinem *sigilla* strenuorum virorum Wernheri de Brakele, fratris mei militis, et *Wernheri de Asseborg famuli* inpetivi presentibus appendi in testimonium premissorum. Et nos Wernherus et Hermannus fratres, famuli dicti de Brakele, quia propriis caremus sigillis, utimur sigillis patris nostri et fratrum nostrorum predictorum. Acta est hec emptio et vendicio presentibus discretis viris: plebano de sancto

Digitized by Google

Egidio prope opidum Huxar, Henrico de Voltescen, Arnoldo Godeberti, Bertrammo de Luchterinchen, Conrado institore et dicto Otberg et aliis quam pluribus fide dignis, in eodem opido civibus. Datum anno Domini M°.CCC°.XXX°. nono, in crastino Viti martiris.

An Pergamentstreifen in weißem Wachs: 1) rundes Siegel Hermanns v. B. im rankenverzierten Siegelfelde schräggestellter Schild, Pfähle mit Querbalken; 2) u. 3) abgefallen; 4) dreieckiges Siegel Werners v. B. Pfähle mit Querbalken; 5) **rundes Siegel Werners** wie Abbildung 16.

1011. Albert (Herzog von Braunschweig) Bischof und Capitel von Halberstadt übereignen dem Kloster St. Maria zu Aschersleben das Eigenthum an 3 Hufen im Stadtfelde daselbst, die daselbe von Hermann von Winningen, Bürger jener Stadt, für 65 Mark Stendalsches Silb. erkauft hat. **1339 Oktober 4.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg s. R. Kloster Aschersleben Nr. 76.

. . Testes sunt: Wernerus de Piscina, Lodwicus de Wantzleve cellerarius, *Borchardus de Asseborch*, Fredericus de Bodenstein, Arnoldus de Veltum, Iohannes de Romsleve, Hermannus de Eckstede, Arnoldus Stameren, Themo camerarius, Iohannes Pincerna de Heteborn, Iohannes dux, prepositus ecclesie sancti Pauli, penes quos tunc ius sive potestas tocius capituli, tamquam qui huic donationi presentes aderunt, residebat. Actum et datum in nostro capitulo generali, anno Domini M°.CCC°.XXXIX°., feria secunda in septimana communi.

An grün und hellrothen geflochtenen Schnüren spitzovales Siegel des Bischofs und großes rundes des Capitels, beide in gelbem Wachs.

1012. Die Knappen Werner, Johann und Bertold von der Asseburg verkaufen unter Consens **Ponsilinas, Werners Gemahlin, Mechtild und Agnes seiner Töchter, Agnes Johanns Gemahlin, Agnes seiner Tochter und Ermentrud, Bertolds Gemahlin,** für 50 Mark Einkünfte aus der Mittelmühle zu Brakel zur Collation eines in der Pfarrkirche daselbst neu gebauten Altars. **1340 Februar 22.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Brakel.

Nos Wernherus et Iohannes fratres et Bertoldus fratruelis eorum de Asseburgh, famuli, universis presentes litteras visuris et audituris cupimus notum esse et constare, quod de pleno consensu et bona voluntate *domine Ponseline conthoralis mei Wernheri, Mechtheldis et Agnetis mearum filiarum, Agnetis conthoralis mei Iohannis et Agnetis mee filie, Ermendrudis conthoralis mei Bertoldi* ceterorumque omnium nostrorum verorum heredum vendidimus redditus trium marcarum denariorum Brakele legalium et usualium dandos et solvendos quolibet anno in festo beati Thome apostoli hyemalis, quos habuimus in molendino et ex molendino dicto Myddelmole, sito in opido Brakele supra aquam dictam Brucht prope valvam dictam Mestmekerdor, et specialiter michi *Wernhero* predicto et meis heredibus assignatos, dominium, ius et proprietatem ipsorum reddituum cum omnium aliorum iurium, proventuum sive obventionum et servitiorum integritate, sicuti hactenus possedimus, et quidquid ipsis redditibus pertinet tam in minimo quam in magno et precipue in iure dicto koremede, ad altare beatissime virginis et Dei genitricis Marie et beati Iacobi apostoli in ecclesia parrochiali sita in opido Brakele per discretum virum dominum Bertoldum eiusdem ecclesie plebanum construendum, cum quibus dotavit altare supradictum, et rectori ipsius altaris, cui pro tempore collatum fuerit, pro quinquaginta marcis gravium Wartbergensium denariorum iusto titulo emptionis perpetuis temporibus et hereditarie possidendos, mittentes ipsum altare et suum rectorem, qui pro tempore fuerit, in plenam possessionem dictorum reddituum cum omnibus eorum iuribus et attinentiis supradictis, volentes et debentes ipsi altari et

Digitized by Google

suo rectori iam dictorum redditum plenam facere ac prestare warandiam, quando et quotiens eis fuerit oportunum, renuntiantes nichilominus omnibus iuribus tam legum quam canonum, beneficiis iuris et facti, actionibus et exceptionibus, que contra premissa nobis simul vel divisim possent aliqualiter suffragari. In premissorum testimonium duximus presentes litteras munimine *nostrorum sigillorum* communiri. Et ad maiorem certitudinem et robur premissorum petivimus discretos viros consules in Brakele, quod eorum sigillum presentibus apposuerunt. Et nos Conradus Elberti et Wylhelmus dictus Crane, proconsules, Wernherus Hartwici, Ludolfus de Erklen, Iohannes dictus Wending, Reynhardus dictus uppe dem Markete, Iohannes de Keddessen, Henricus de Emmereken, Henricus dictus Wyse, Iohannes Woltgardi, Fredericus Alberti et Hermannus Henrici, consules in Brakele, ad petitiones et rogatum predictorum *strenuorum famulorum Wernheri, Iohannis et Bertoldi de Asseburgh* duximus nostrum sigillum in testimonium prescriptorum presentibus scriptis apponendum. Datum in festo beati Petri ad cathedram, anno Domini M°.C°C°C°.XL.

An Pergamentstr. wohlerhalten in grünem Wachs: 1) **Siegel Werners** wie Abbildung 16; 2) **Johanns** wie Abbildung 25; 3) **Bertolds** wie Abbildung 29; 4) großes rundes der Stadt Brakel.

1013. Werner und Johann Brüder und Bertold ihr Neffe, von der Asseburg, Knappen bekunden Einkünfte aus der Mittelmühle in Brakel zum Altarbau verkauft zu haben und erklären sich bereit künftig, sollte diese Urkunde nicht genügen, dieselbe inhaltlich unverändert zu erneuern. **1340 Februar 22.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Brakel.

Nos Wernherus et Iohannes fratres et Bertoldus fratruelis eorum de Asseburgh, famuli, universis presentes litteras visuris et audituris cupimus esse notum, quod redditus trium marcarum denariorum Brakle legalium, quos in medietate molendini dicti Myddelmůle, siti in opido Brakele super aquam dictam Brucht prope valvam dictam Mestmekerdor, cum aliis eorundem reddituum obventionibus et iuribus et pertinentiis universis habuimus, et prout ipsos redditus pleno iure possessionis et proprietatis nos et *progenitores nostri* hucusque possedimus, iusto venditionis tytulo pro dote perpetua altaris beatissime virginis Marie et beati Iacobi apostoli in ecclesia parrochiali sita in opido Brakle per discretum virum dominum Bertoldum eiusdem ecclesie plebanum construendi vendidimus et litteras nostras desuper ipsi altari et rectori ipsius, qui pro tempore fuerit, tradidimus *nostrorum* et oppidi Brakle *sigillorum* munimine roboratas, arbitramur nihilominus et spondemus voluntarie per presentes, quod, si in posterum compertum fuerit, quod huiusmodi litteris nostris non sit sufficienter cautum altari predicto et eius rectori, quo minus redditus predictos cum eorum iuribus, obventionibus et integritate valeant ipsi et possessioni eorum pacifice obtinere, nos litteras nostras premissas ipsis mutabimus in aliam formam, quibus ipsis iuxta peritorum consilium plenius caveatur, ita tamen, quod intellectus littere non varietur in substantialibus articulis suis, et innovabimus eisdem litteras prefatas *sub nostris* et dicti oppidi Brakle *sigillis* sine difficultate, quando super hoc infra triennium a rectore ipsius altaris fuerimus requisiti. In cuius rei testimonium presentes litteras munimine *nostrorum sigillorum* duximus communiri et ad maiorem certitudinem et robur premissorum petivimus discretos viros consules in Brakle, quod eorum sigillum presentibus apposuerunt. Et nos Conradus Eylberti et Wilhelmus dictus Krane, proconsules, Wernherus Hartwici, Ludolfus de Erclen, Iohannes dictus Wending, Reynhardus dictus uppe dem Markete, Iohannes de Kedessen, Henricus de Emmeriken, Henricus dictus Wise, Iohannes Woltgardi, Fridericus Alberti et Hermannus Henrici, consules in Brakle, ad

Digitized by Google

petitionem predictorum *famulorum Wernheri, Iohannis et Bertoldi de Asseborg* duximus nostrum sigillum in testimonium prescriptorum presentibus scriptis apponendum. Datum in festo beati Petri ad cathedram, anno Domini M°.CCC°.XL°.

An Pergamentstr. wohl erhalten in grünem Wachs: 1) **Siegel Werners** wie Abbild. 16; 2) **Johanns** wie Abbildung 25; 3) **Bertolds** wie Abbildung 29; 4) großes rundes der Stadt Brakel.

1014. Pfarrer Bertold v. Brakel stiftet Memorie für **die von der Asseburg. 1340 Febr. 22.**

Vom Original im Pfarrarchiv zu Brakel.

Ego Bertoldus, plebanus ecclesie in Brakele, publice recognosco in hiis scriptis dilucide protestando, quod rector altaris gloriosissime virginis et Dei genitricis Marie et beati Iacobi apostoli per me per Dei gratiam in dicta ecclesia mea construendi, cui pro tempore fuerit collatum ipsum altare, debet in suis bonis operibus, videlicet in missis, orationibus, vigiliis et in aliis divinis officiis, que per ipsum operabitur divina clementia salvatoris, memoriam facere *totius parentele illorum de Asseburch tam vivorum quam mortuorum.* Et pro tali favoris beneficio *strenui famuli Wernherus et Iohannes fratres* et *Bertoldus eorum fratruelis de Asseborch* vendiderunt mihi de consensu heredum ipsorum eo libentius redditus trium marcarum ex molendino dicto Myddelmule, sito in opido Brakele super aquam dictam Brucht, cum suis iuribus et pertinentiis, cum quibus dotavi altare supradictum. In cuius testimonium duxi meum sigillum presentibus apponendum. Actum in festo beati Petri ad cathedram, anno Domini M°.C°C°C°.XL°.

An Pergamentstreifen in grünem Wachs kleines spitzovales Siegel, architektonisch getheilt; oben Brustbild der h. Jungfrau mit dem Kinde; unten Erzengel Michael mit dem Lindwurm. Umschrift: S'. B.TOLDI. PLEBANI. ECCE. IN. BRAKELE.

1015. Ritter Werner von Brakel schenkt der Paderborner Kirche, unter Wiederholung darüber Seitens Bischofs Bernhard von Paderborn ausgestellter Urk. 36 Mark Silb., die er in ihrem Interesse zum Wiederaufbau der **Veste Hinnenburg** verwendet hat. **Brakel 1340 März 5.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Fürst. Paderb. Nr. 648.

Datum per copiam. Nos Bernhardus Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus . . . . Datum anno Domini M°.CCC°.XL., dominica die Invocavit. Et ego Wernherus de Bracle . . ecclesie Paderbornensi offero, dono et presentibus assigno. . . In cuius rei testimonium presentem litteram mei et honestorum virorum Liborii, cantoris Paderbornensis, Hermanni Huxariensis decani ecclesiarum, Herboldi de Papenhem, Ludolfi de Herse, militum, et Gerhardi de Selinctorp famuli, mediatorum in ordinationem et contractum premissorum. . . Actum Bracle atque datum anno Domini ut supra.

An Pergamentstr. 6 Siegel 1) dreieckiges Werners v. B.; 2) ovales des Domcantors Liborius; 3) ovales Decan Hermanns; 4) dreieckiges Papenheimsches; 5) rundes Heerse'sches; 6) dreieckiges Selinkdorf'sches.

1016. Walther, Menger und Andreas Brüder von Selekenfode verkaufen unter Consens ihrer Schwestern Truda, Margaretha, Gode und Scia Gut Howarde in Uppspringe dem Domcantor Liborius und resigniren darauf vor dem Freigericht, Freistuhl genannt, unter Vorsitz Ludolfs vom Hagen, Freigrafen in Balhorn. **1340 Mai 20.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Fürst. Paderb. Nr. 649.

. . Actum presentibus honorabilibus viris et discretis dominis Frederico de Retberg decano, Nycolao de Haversvorde scolastico, Hinrico de Bussche et *Wernhero de Asseborch,* canonicis ecclesie Paderbornensis, Hugone de Defholte, beneficiato

Digitized by Google

in dicta ecclesia Paderbornensi, Heynemanno van dem Vanen, Wilhelmo de Wevere, famulis, et aliis quam pluribus fide dignis pro testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis, atque (datum) anno Domini M°.CCC^mo.XL., XIII°. Kalendas mensis Iunii.

Von drei weißen leinenen Fäden Siegel abgefallen; an einem noch zerbrochenes dreieckiges Walthers v. S.

1017. Die Gebrüder Heinrich und Anno von Heimburg verkaufen 8 Hufen und das Kirchenpatronat zu Athenstedt an die Gebrüder Ludolf von Kissenbrück, Canonicus zu St. Bonifaz, und Albert seinen Bruder, Pfarrer daselbst. **1340 Juli 10.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg s. R. Stift St. Bonifacii et Mauritii zu Halb. Nr. 137.

. . Testes vero huius rei sunt: honorabiles viri dominus Lodewicus cellerarius et *dominus Borchardus de Asseborch*, maioris ecclesie Halberstadensis canonici, dominus Guncelinus de Ditvorde, Albertus de Arnsberghe, canonici ecclesie beate Virginis in Halberstat, necnon famosi famuli Iohannes de Papestorp, Olricus de Wedesleven ac Hinricus noster notarius, et quam plures alii fide digni ad hec specialiter rogati et vocati . . Actum et datum in castro Twiflinghen sub anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo, feria secunda ante diem beate Margarete virginis.

An rothen seidenen Fäden in gelbem Wachs wohlerhaltenes rundes Siegel Heinrichs v. H. drei Querbalken. Gedr.: Schmidt UB. d. Bonif.-St. in Halberstadt. S. 123. Nr. 159.

1018. Albert Bischof von Halberstadt genehmigt dem von Halberstädtischen Juden mit Wucher bedrängten Abt Conrad und dem Kloster Huysburg den Verkauf verschiedener Ländereien in Dingelstedt u. s. w. **1340 October 4.**

Von doppelten Originalen im diplomat. Apparat auf Königl. Bibliothek zu Göttingen.

. . . Quemadmodum eciam per privilegia predecessorum nostrorum dicto concessa monasterio sumus plenius informati, promittimus itaque huius scripti patrocinio, ut . . abbas et monasterium supradicti mansos prefatos cum omni iure, libertate et pertinenciis universis in personas testamentariorum *domini Borchardi de Asseborch senioris, quondam canonici dicte ecclesie Halberstadensis*, videlicet Lodewici de Wanzsleve cellerarii, *Borchardi de Asseborch iunioris*, canonicorum ecclesie prefate, ac Ludolfi de Kyssenbrueghe, canonici ecclesie sancti Bonifatii Halberstadensis, translatione valitura perpetuo transferant, ita quod dictis testamentariis, emptoribus ipsorum mansorum, ordinandi et disponendi de eisdem et de redditibus eorum in dicta ecclesia nostra Halberstadensi libera sit facultas. Et ne super premissis alicui dubium in posterum oriatur, sigilla, nostrum videlicet et nostri capituli memorati, in testimonium evidens presentibus sunt appensa. . Et nos Henricus Dei gratia prepositus, Iacobus decanus totumque capitulum Halberstadensis ecclesie prefate sigillum nostrum apponi fecimus in argumentum omnium premissorum. Actum et datum anno Domini M°.CCC°.XL°., feria quarta communis septimane, in nostro capitulo generali.

An beiden Exemplaren wohlerhalten: 1) an roth und blauen seidenen Schnüren in gelbem Wachs großes ovales Siegel des Bischofs, unter der Figur kleiner Schild mit 2 Löwen; 2) an grün und rothen seidenen Schnüren Capitelssiegel.

1019. Conrad Abt und Convent des Klosters Huysburg überweisen dem Domkellner Ludwig (von Wanzleben) und dem Capitel zu Halberstadt in Folge früheren Verkaufs den Zehnten der kleinen Mark zwischen Sargstedt und Klein-Runstedt. **Halberstadt 1340 December 13.**

Von doppelten Originalen im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg s. R. Hochst. Halberst. XIII. Nr. 143 u. 144.

. . Testes huius rei sunt: honorabiles viri et domini *Borchardus de Asseborch*,

Digitized by Google

Arnoldus de Veltem et Themo camerarius, ecclesie Halberstadensis canonici, Volcmarus, scolasticus ecclesie sancte Marie civitatis Halberstadensis et prothonotarius venerabilis in Christo patris ac domini nostri domini Alberti episcopi ecclesie Halberstadensis, et Hermannus plebanus in Wegheleve et quam plures alii fide digni. Actum et datum Halberstat anno Domini M°.CCC°.XL°., in die beate Lucye virginis.

An roth seidenen Fäden 1) kleines ovales Siegel des Abts; 2) großes rundes des Convents, ziemlich erhalten in gelbem Wachs an beiden Exemplaren.

1020. Albert Bischof von Halberstadt bestätigt den von Ludwig von Wanzleben geschehenen Erwerb der kleinen Mark zwischen Sargstedt und Klein-Runstedt. **Langenstein 1340 December 13.**

Von doppelten Originalen im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg, s. R. Hochst. Halberst. XIII, 146. 147.

. . Testes huius rei sunt: honorabiles viri et domini *Borchardus de Asseborch*, Arnoldus de Veltem et Themo camerarius, canonici maioris ecclesie Halberstadensis, necnon Volkmarus, ecclesie sancte Marie ibidem scholasticus et noster prothonotarius, et Hermannus plebanus in Wegheleve et quam plures alii fide digni. Actum et datum Langhensten anno Domini M°.CCC°. quadragesimo, in die beate Lucie virginis.

An roth seidenen Fäden ovales Siegel des Bischofs an beiden Exemplaren gut erhalten.

1021. Heinrich und Johann Söhne weiland Sibodo's von Sangerhausen bitten die **Ritter Burchard und Burchard von der Asseburg, Gebrüder,** um Fortdauer des Pachtverhältnisses der väterlichen Güter bis zu ihrem persönlichen Erscheinen. **Ohne Jahr, um 1340.**

Vom Original im Gräfl. von der Asseburg'schen Archiv auf dem Falkenstein.

Strennuis militibus Borchardo et *Bor(chardo), fratribus dictis de Asseborch,* Hinricus et Iohannes filii quondam Sybatonis de Sangerhusen ex positivam (?) voluntatem ad omnia genera mandatorum. Vestram honestatem presentibus attencius exoramus, quatinus bona, que pater noster bone memorie a vobis in expositionibus[1]) tenuit, eodem iure, quo possedit, quousque possimus nos vestro conspectui offerre, faciatis nos libere et absque aliquo periculo possidere: hoc circa vos totis viribus cupimus promereri, super hoc petimus nobis vestram litteram destinari vestro sigillo apercius consignatam.

Durch zwei Einschnitte in dem zweimal gefalteten Pergament ist die Befestigung mittels runden Verschlusssiegels gegangen, von dessen Wachs spärliche Reste. [1]) Die Worte „in ex" scheinen auf Rasur und später zwischen geschrieben, die Buchstaben weit näher beieinander, als die übrigen. Ob zur Einreihung vorl. Urk. folgende dienen: 1) Bertold Propst in Kaltenborn bezeugt, daß weil. Ludolf in Helmesthal 3 Höfe in Sangerhausen a Steffano fratre Sibodonis gekauft et partem pecunie dicto Sibodoni pro eisdem areis in presenti persolvit. Ohne Jahr (um 1280?) (Schöttgen et Kreysig, Diplomat. II, 714). 2) Propst und Archidiacon in Kaltenborn, 6. Propst der Nonnen in Sangerhausen, sowie Consuln daselbst bekunden, daß die Plebane Heinrich von Rohrbach und Odalrich in Kilsilhausen des h. Geist-Hospitals außerhalb Sangerhausen für ihre Lebenszeit Provisoren bleiben werden. U. d. Zeugen: Siboto. 1293 Febr. 1. (Schöttgen et Kreysig, Diplomat. II, 715). 3) Official zu Jechaburg erklärt, daß Rathsmeister und Rath zu Nordhausen, namentlich Hartmann Kursenworchte, Sibote von Sangerhausen und Kersten Zimmermann, auch Schultheiß Heinrich Liebensteig und Gen. in den Bann verfallen sind, weil sie einen Geistlichen, Schüler Heinrich von Erich, gefangen genommen und gehangt haben. 1367 Juli 10. (Orig. im Stadtarchiv zu Nordhausen), erscheint auch Menzel Die von Sangerhausen (Halle 1881) S. 77. ff. unsicher. Die Menge der Burchards als Brüder im Asseburg'schen Geschlecht vermehrt Unsicherheit der Einreihung. Als Brüder und Ritter zugleich sind Burchard der Lange und der Lochte von 1309 an nachweisbar, ersterer bis 1342, der andere bis 1368. Die Schrift scheint eher für erste Hälfte XIV. Jahrh. zu sprechen.

Digitized by Google

1022. Ludolf und Heinrich Brüder von Imbsen (Immedeshusen) verkaufen an Kloster Marienmünster ihre von **denen von der Asseburg zu Lehn gehenden** *(que in pheudo habuimus a nobilibus de Asseborch)* Güter in Hembsen (Hemedissen). **1341** (die Prisce virginis) **Januar 18.**

Nach Marienmünsterſch. Copiar fol. 26b. im Fürſtl. Lippe'ſchen Archiv zu Detmold.

Das Marienmünſterſche Copiar im Beſitz des Freiherrn von Oeynhauſen zu Grevenburg v. 1725 hat fol. 171. Nr. 103. Abſchr. mit Notiz: sigilla sunt abrupta.

1023. **Johann, Werner und Bertold von der Asseburg** beſtätigen **als Lehnsherrn** den Verkauf ihres Hofs in Hembsen Seitens der Gebrüder von Imbsen an Kloster Marienmünster. **Brakel 1341 Januar 21.**

Nach Marienmünsterſch. Copiar im Fürſtl. Lippe'ſchen Archiv zu Detmold.

In nomine Domini amen. *Nos Iohannes, Wernerus et Bertoldus de Asseborch* protestamur presentibus publice, quod venerunt ad nostram presentiam Ludolphus et Henricus fratres de Immedeshusen, famuli, *nostri vasalli,* recognoscentes et dicentes, se unanimi consensu et bona voluntate omnium suorum verorum heredum et coheredum honorabili domino domino Hermanno dicto de Mengherssen abbati suoque conventui ecclesie in Munster prope Svalenberg, ordinis sancti Benedicti, curtem unam sitam in villa Hemedessen, quattuor mansos in campis ibidem continentem, cum ipsius curtis appendiciis in villa et extra villam, agris, cultis et incultis ac novalibus, aquis, pascuis, pratis, silvis et generaliter iuribus et pertinentiis universis pro quadam summa pecunie, ipsis numerata et tradita, rite et rationabiliter vendidisse, resignantes bono et concordi animo curtem nobis cum universis iuribus suis, quemadmodum *a nobis in pheudo habebant,* petentes ac instantissime supplicantes, ut ipsam curtem cum singulis iuribus eidem domino abbati et suo conventui incorporare et appropriare dignaremur. Quapropter eorum supplicationes benevole percipientes et exaudientes, tum ob honorem sanctissime et gloriosissime Dei genitricis et virginis Marie, tum propter veram amicitiam ad abbatem habitam, prememoratum abbatem suumque conventum prius tactum unacum consensu *uxorum nostrarum* et precipue cum voluntate *Bertoldi filii mei Bertoldi* predicti *de Asseborch* omniumque nostrorum verorum heredum et coheredum ac ceterorum, quorum ad hoc merito voluntas ac consensus fuerat requirendus, cum dicta curte et omnibus suis iuribus et appendiciis nec non iure et iudicio per presentes appropriamus et incorporamus, renunciantes et renunciamus in presentibus omni iuri nobis et heredibus nostris in dicta curte et singulis ipsius pertinentiis exnunc competenti et omni actioni iuris canonici et civilis, quibus nos contra premissa iuvare possemus, suffragio (?), si qua nobis aut heredibus nostris competere possent bonis quomodolibet in eisdem. Promittimus etiam data fide et in solidum de dicta curte et suis iuribus et universis pertinenciis et singulis iure et iudicio, prout oportunum fuerit, domino abbati predicto suisque successoribus et conventui eiusdem ecclesie perfectam ac debitam facere warandiam. In premissorum omnium testimonium *nostra sigilla* presentibus sunt appensa. Testes qui contractui presentes aderant dicto: honorabilis vir decanus ecclesie Huxariensis, Conradus de Vlechtene, Henricus de Wenthosen morans in Voerde et dictus Szessberg, famuli, Henricus Wisen et Iohannes Westenberg. Actum Brakle atque datum in die sancte Agnetis virginis, anno millesimo trecentesimo quadragesimo primo.

Das Marienmünſterſche Copiar von 1725 im Beſitz des Freiherrn von Oeynhauſen zu Grevenburg enthält die Urk. Nr. 102. fol. 168. — Das von derſelben Hand geſchrieb. von 1727 im Königl. Staatsarchiv zu Münſter Nr. 104. fol. 173. mit beglaub. Notiz: authenticis manuscriptis concordare.

Digitized by Google

1024. Otto v. Bentheim Dompropſt, Friedrich von Rietberg Domdecan, Reinher genannt Krevet Cellerar, Bernhard von Ravensberg Theſaurar, Heinrich von Busſche und Bertold von Plettenberg Prioren, **Werner von der Aſſeburg,** Wilhelm von Itter Camerar, Baldnin von Steinfort, Johann genannt Raveno von Papenheim, Ulrich genannt Marſchalk, Heinrich genannt Krevet, Wichard von Drever, Theodorich von Scharpenberg, Bernhard von Papenheim, Propſt der Kirche der h. Peter und Andreas, Liborius von Wulbeke Cantor, Bernhard von Brakel, Nikolaus von Haversförde Scholaſtikus, Heinrich von Waldeck, Johann von Büren, Alhard von dem Busſche, Widekind vom Berge, genannt Schalkesberg, Adolf von Itter, Canoniker der Paderborner Kirche, machen Statuten über die Rechte des Capitels, der Prälaten, Dignitare, de mutua assistentia u. ſ. w. **1341** (Idus mensis Februarii) **Februar 13.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münſter, Fürſt. Paderb. Nr. 657.

An Pergamentſtreifen: 1) großes rundes Siegel des Capitels; 2) ovales des Dompropſts, mit 2 Wappenſchildern, Bentheim und Roſe; 3) ovales des Dekans, Mutter Gottes mit dem Kinde, darunter Schild mit Adler; 4) ovales des Cellerars mit dem Krebs; 5) ovales des Buſſche; 6) kleines rundes mit den Ravensberger Sparren; 7) größeres rundes mit getheiltem Plettenberger Schild; 8) rundes **Siegel Werners** wie Abbildung 24; und noch 15 andere; das Papenheimer abgefallen, alle in braunem Wachs und leidlich erhalten, das Heinrichs von Waldeck hat den Sternſchild auf dem Cleveſchen Lilienhaspel.

1025. **Bertold, Johann und Werner von der Aſſeburg Knappen** bekunden, daß, nachdem unter Conſens **Ermentruds Bertolds Gemahlin und Bertolds ſeines Sohns, Agnes Johanns Gemahlin und Agnes ſeiner Tochter und Ponſilinas Werners Gemahlin,** Gefälle aus der Mittelmühle in Brakel zum Altarbau verkauft ſind, die **Bertold** beſonders aſſignirt waren, dieſer die darüber ausgeſtellte Urk. **Werners** beſtätigt. **1341 März 13.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Brakel I, 15.

Nos Bertoldus, Iohannes et Wernherus de Asseborgh famuli universis presentes litteras visuris et audituris cupimus notum esse et constare, quod de pleno consensu et bona voluntate *domine Ermendrudis, conthoralis mei Bertoldi et Bertoldi mei filii, Agnetis, conthoralis mei Iohannis et Agnetis mee filie ac domine Poncilline, conthoralis mei Wernheri* ceterorumque omnium nostrorum verorum heredum et coheredum vendidimus redditus trium marcarum denariorum Brakele usualium et legalium, dandos et solvendos quolibet anno in festo Thome apostoli hyemalis, quos habuimus in molendino et ex molendino dicto Myddelmůle sito in opido Brakele, super aquam dictam Brucht prope valvam Meskemerdor, et specialiter michi *Bertoldo* predicto et meis heredibus assignatos, dominium, ius et proprietatem ipsorum reddituum et tocius molendini cum omnium aliorum iurium memorati molendini proventuum sive obventionum et servitiorum integritate et quicquid ipsis redditibus pertinet, tam in minimo quam in magno, et precipue in iure dicto koremede, ad altare beatissime virginis et Dei genitricis Marie et beati Iacobi apostoli in ecclesia parrochyali sita in opido Brakele per discretum virum dominum Bertoldum eiusdem ecclesie plebanum constructum, cum quibus dotavit altare supradictum, et rectori ipsius altaris, cui pro tempore collatum fuerit, pro quinquaginta marcis gravium Wartbergensium denariorum, iusto tytulo emptionis perpetuis temporibus et hereditarie possidendos: mittentes ipsum altare et suum rectorem, qui pro tempore fuerit, in plenam possessionem dictorum reddituum cum omnibus eorum iuribus et attinentiis supradictis, ita videlicet, quod extunc ammodo totum dictum molendinum secundum vigorem aliarum litterarum, hactenus super venditione partis mei *Wernheri de Asseborgh* molendini

Digitized by Google

memorati ad supradictum altare confectarum, totum prescriptum molendinum ad prelibatum altare cum suis iuribus universis, prout nobis adherebat, eternaliter debet adherere, volentes et debentes ipsi altari et suo rectori iam dictorum redditum et prefati molendini plenam facere warandiam et prestare, quando et quotiens eiis fuerit opportunum, renunciantes nichilominus omnibus iuribus tam legum quam canonum, beneficiis iuris et facti, actionibus et exceptionibus, que contra premissa nobis simul vel divisim possent aliqualiter suffragari. In premissorum testimonium duximus presentes litteras munimine *nostrorum sigillorum* communiri et ad maiorem certitudinem et robur premissorum petivimus discretos viros consules in Brakele, quod eorum sigillum presentibus apposuerunt. Et nos Henricus de Erklen et Bolthekinus de Stenhem, proconsules, Bertoldus de Ponte, Hermannus Reynboldi, Iohannes Langenbrügghe, Bode de Loere, Hermannus Eylberti, Bartoldus Lamberti, Hermannus Wilhelmi, Theodericus de Nyhem, Zegehardus des Roden et Iohannes Hartwici, consules in Brakele, ad petitionem et rogatum predictorum *strenuorum famulorum Bertoldi, Iohannis et Wernheri de Asseborgh* duximus nostrum sigillum in testimonium prescriptorum presentibus scriptis apponendum. Datum in quadragesima, feria tertia proxima post dominicam, qua cantatur Oculi mei semper, anno Domini M°.CCC°.XLI°.

An Pergamentstr. wohl erhalten in grünem Wachs: 1) **Siegel Bertolds** wie Abbildung 29; 2) **Siegel Johanns** wie Abbildung 25; 3) **Siegel Werners** wie Abbildung 16; 4) Siegel der Stadt Brakel.

1026. Bertold, Johann und Werner von der Asseburg Knappen versprechen beim Verkauf der Gefälle aus der Mittelmühle in Brakel zum Altarbau, wenn nöthig, eine andere Urk. darüber auszustellen. **1341 März 13.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Brakel I, 16.

Nos Bertoldus, Iohannes et Wernherus de Asseborgh famuli universis presentes litteras visuris et audituris cupimus esse notum, quod redditus trium marcarum denariorum Brakele legalium, quas in medietate molendini dicti Myddelmůle siti in opido Brakele super aquam dictam Brucht prope valvam dictam Meschemerdor cum aliis eorundem reddituum obventionibus et iuribus et pertinentiis universis habuimus, et prout ipsos redditus pleno iure possessionis et proprietatis *nos et progenitores nostri* huc usque possedimus, iusto venditionis tytulo pro dote perpetua altari beatissime virginis Marie et beati Iacobi apostoli in ecclesia parrochiali siti in opido Brakele per discretum virum dominum Bertoldum, eiusdem ecclesie plebanum, constructum vendidimus et litteras nostras desuper ipsi altari et rectori ipsius, qui pro tempore fuerit, tradidimus *nostrorum* et opidi Brakele *sigillorum* munimine roboratas, arbitramur nichilominus et spondemus voluntarie per presentes, quod, si in posterum compertum fuerit, quod huiusmodi litteris nostris non sit sufficienter cautum altari predicto et eius rectori, quo minus redditus predictos cum eorum iuribus, obventionibus et integritate valeant ipsi et possessioni eorum pacifice obtinere, nos litteras nostras premissas ipsis mutabimus in aliam formam, quibus ipsis iuxta peritorum consilium plenius caveatur, ita tamen, quod intellectus littere non varietur in substantialibus suis, et innovabimus eisdem litteras prefatas *sub nostris* et dicti opidi Brakel *sigillis* sine difficultate, quando super hoc infra triennium a rectore ipsius altaris fuerimus requisiti. In cuius rei testimonium presentes litteras munimine *nostrorum sigillorum* duximus communiri et ad maiorem certitudinem et robur premissorum petivimus discretos viros consules in Brakele, quod eorum sigillum presentibus apposuerunt. Et nos Henricus de Erklen et Bolthekinus de Stenhem, proconsules, Bertoldus de Ponte, Hermannus Reynboldi, Iohannes Langenbrugghe, Bodo de Loere,

Digitized by Google

Hermannus Eylberti, Bertoldus Lamberti, Hermannus Wilhelmi, Thydericus de Nyhem, Zegehardus des Roden, et Iohannes Hartwici, consules opidi Brakele, ad petitionem predictorum *famulorum Bertoldi, Iohannis et Werneri de Asseborg* duximus nostrum sigillum in testimonium prescriptorum presentibus scriptis apponendum. Datum in quadragesima, feria tertia proxima post dominicam, qua cantatur Oculi mei semper, anno Domini M°.CCC°.XLI°.

An Pergamentstreifen in grünem Wachs: 1) **Siegel Bertolds** wie Abbildung 29; 2) **Siegel Johanns** wie Abbildung 25; 3) abgefallen; 4) Siegel der Stadt Brakel.

1027. Albert, Bernhard, Werner und Hermann Brüder von Brakel Knappen verkaufen unter Zustimmung ihrer Mutter Gisla und Ritter Werners von Brakel, ihres Oheims (patrui), für 73 Mark Silb. ihre Curie in den Feldern der Stadt Brakel, die jetzt Wittwe Conrads genannt Kloken, Bürgers daselbst, und ihre Söhne bebauen und die vom Stift Heerse zu Lehn geht, an jenes Stift. **1341 April 6.**

Nach Heerser Copialbuch Nr. 244. fol. 325 im Königl. Staatsarchiv zu Münster.

. . Testes et ordinatores huius contractus fuerunt: Hermannus decanus in Huxaria, Henricus de Paderborne et Henricus de Veltstede, canonici ecclesie Herisiensis, sacerdotes, *Iohannes et Wernherus fratres de Asseburgh*, Richardus de Oldendorpessen et Reynhardus de Erenwordessen, famuli, Bertoldus de Sydinghosen et Iohannes dictus . . . cives in Huxaria, et quam plures fide digni. Datum et actum octavo Ydus Aprilis, anno Domini M.CCC.XLI.

1028. Das Domcapitel von Halberstadt cedirt dem Domdecan Jacob und Domkellner Ludwig von Wanzleben den Nießbrauch von 5 Hufen in der Breite vor Halberstadt, die sie von Testamentariern des Magister Johann von Getle und vom Magister Johann von Stendal erkauft haben. **1341 Mai 15.**

Von zwei Originalen im Königl. Staatsarchiv zu Magdeburg s. R. Hochst. Halberstadt XIII. Nr. 150, 151.

. . Testes vero huius sunt: honorabiles viri domini Lodewicus de Honsten, nostre ecclesie thesaurarius, *Borchardus de Asseborg*, Henricus prepositus ecclesie sancte Marie, Iohannes Hoye, Iohannes prepositus ecclesie sancti Pauli, magister Themo camerarius et quam plures alii fide digni. Actum et datum in capitulo nostro generali, anno Domini M°.CCC°.XL. primo, feria tertia in Rogationibus.

An Pergamentstreifen gut erhalten großes rundes Capitelssiegel an beiden Exemplaren.

1029. Johann, Werner und Bertold genannt von der Asseburg Knappen resigniren zur Unterhaltung eines ewigen Lichts in der Brakeler Pfarrkirche auf Einkünfte aus einem Garten. **1341 Mai 18.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Brakel II, 57.

Nos Iohannes, Wernherus et Bertoldus dicti de Asseborch famuli recognoscimus publicis in hiis scriptis, quod Albertus de Brakele famulus et sui fratres, *nostri consangwinei dilecti*, cum bona nostra voluntate et consensu decem et octo denarios graves, opidi Brakele dativos, annue pensionis, quos de orto, quem Tidericus dictus de Voltessen fructificavit, hereditarie habuimus, Wernhero Hartwici, opidano in Brakele, una cum dicto orto ad perpetuam lampadem die noctuque coram receptaculo vel repositorio corporis Christi in ecclesia parrochyali opidi Brakele ardentem vendiderunt, prout littera super predicta venditione confecta explanat competenter. Quapropter dictam pensionem decem et octo denariorum predicto Wernhero Hartwici ad lampadem prefatam cum omnibus iuribus, sicut nobis competebat, resignamus et in presentibus litteris sibi appropriamus, nolentes ammodo perpetuo de dicto orto ratione dicte pensionis vel aliquo alio iure per nos vel per nostros heredes aut coheredes quidquam iuris exigere vel postulare, renunciantes penitus omni

Digitized by Google

iuri et actioni tam civilis quam canonici beneficii, que nobis vel nostris heredibus et coheredibus in posterum contra aliqua premissa possent suffragari. In horum omnium testimonium *nostra sigilla* presentibus sunt appensa. Datum in crastino ascensionis Domini nostri, anno incarnationis eius M°.C°.C°.C°. quadragesimo primo.

Drei Siegel von Pergamentſtreifen abgefallen.

1030. **Die Brüder, Ritter Burchard und Knappe Gunzelin von der Aſſeburg** verzichten unter Beitritt **Ekberts, Burchards Sohns,** auf die ihnen vom Stift St. Simon und Judas in Goslar verliehene Vogtei über 15 Hufen in Semmenſtedt. **1341 Juni 17.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Goslar.

We Borchard ridder unde Guntzelin knecht, brodere geheten van der Asseborch, bekennen openbare in disseme breve, dat we vertyen unde hebben vertegen van unser unde alle unser erven wegene der vogedye over vefteyn hůve uppe deme velde to Tzymmenstidde unde over de lude, de darto hored, de uns de deken unde dat capittel des munsteres sente Symonis unde Iuden der apostolen binnen der muren der stad to Goslere to truwer hand bevolen hadden, also dat se deselven vogedye unde de lude, de darto hored, mogen bevelen unde laten weme se willen, sunder unse volbord unde allerleye wedersprake. Sunderliken *ek Ecbert, desselven hern Borchardes sone,* bekenne openbare in disseme breve, dat ek neyner hande recht enhebbe noch enhadde an der vorbescrevenen vogedye unde den luden, de darto hored. Alle disse vorbescrevenen dingh redde *we Borchard ridder, Guntzelin unde Ecbert knechte* vorbenomed in disseme breve unde hebben de geredded deme vorbenomeden dekene unde capittele stede unde vaste to holdende, unde dat we se daran vorderen willen, wor se unser darto behoven, unde mid nichte hinderen, unde vortyen van unser unde alle unser erven wegene allerleye rechtes unde beschonighe, dar se mede an derselben vogedye unde den luden, de darto hored, mochten gehindert werden. Disser dinghe sint tuge: her Werner Westerrod, canonik des vorbenomeden munsteres to Goslere, her Herman, vicepleban to Tzymmenstidde; Gevehard van Bortvelde, *unse oem,* Hinrik van Tzimmenstidde, knechte, unde Conrad Grabowe van Tzymmenstidde unde mer anderer lude, de men geloven mach. Toer betuginghe disser dinghe hebbe we deme vorbescrevenen dekene unde capittele to Goslere dissen bref gegeven *besegeled mid unsen ingesegelen* na Godes bord dritteyn hunderd iar in deme enen unde vertigesten iare, des ersten sondages na sente Vites dage unde Modesti.

An Pergamentſtr. leicht beſchädigte **Siegel Burchards und Gunzelins** wie Abbildungen 21 u. 27; Umſchrift vom **Siegel Ekberts** (dreieckig u. Wolf nach rechts) nicht mehr lesbar, daher nicht zu conſtatiren, ob Abbildung 34 oder welche.

1031. **Agnes von der Aſſeburg, Conventualin des Kloſters Gehrden, ſtirbt. Ohne Jahr (1338—1341) Juni 20.**

XII. Kalend. Iulii *Agnes de Asseborch, monialis nostre congregationis.*

Aus Necrolog. Gerdens. auf Theodorian. Bibl. in Paderborn. Gebr: Wigand Archiv II, 366. Es könnte Johanns und der Agnes Tochter ſein, die 1340 u. 1341 vorkommt oder die Werners und der Ponſilina, die ebenfalls 1338—1340 erſcheint.

1032. **Knappe Gunzelin von der Aſſeburg** verpflichtet ſich, die vom Stift St. Simon und Judas in Goslar erhaltene Vogtei über 15 Hufen in Semmenſtedt nicht ohne Einwilligung der Stiftsherren zu veräußern und zu verpfänden. **1341 Juni 28.**

Vom Original im Stadtarchiv zu Goslar.

Nos Guncelinus de Asseborch famulus ad omnium Christi fidelium, quos presens

Digitized by Google

scriptum videre vel audire contigerit, evidenter cupimus pervenire noticiam publice protestando, quod honorabiles viri ac domini decanus et capitulum ecclesie sanctorum apostolorum Symonis et Iude in Goslaria, singularem pro sua reverencia de nobis confidenciam et sinceram gerentes amiciciam, nobis protectionem sive tuicionem quindecim mansorum in Tzemmenstede sitorum, eidem ecclesie Goslariensi pertinencium, regendam commiserunt. Preterea recognoscimus obligantes nos nichilominus per presentes fide data, quod absque consensu et arbitrio predictorum dominorum eandem protectionem sive tuicionem non alienabimus, non obligabimus nec processu temporis aliqualiter permutabimus nec in homines ad eadem bona pertinentes aliquas exactiones facere debeamus, sed ipsam ad manus eorundem dominorum et ecclesie Goslariensis tenebimus hominesque ab omni impeticione et vexacione indebita, in quantum poterimus, defendendo eandemque protectionem vel tuicionem, quandocunque ab eisdem dominis requisiti fuerimus, solute et liberaliter resignemus. Preterea recognoscimus, quod, postquam nos de hac vita migrare contigerit, si talis protectio seu tuicio ante non fuerit resignata, absque omni contradictione nostrorum heredum et successorum ad manus predictorum dominorum et ecclesie Goslariensis liberaliter revertetur. Preterea recognoscimus, nos in tali protectione aut tuicione quindecim mansorum et in hominibus ad eosdem mansos pertinentibus nichil iuris amplius habere, preterquam in tribus casibus, qui pertinent ad penam sanguinis, videlicet furto, pugna et rapina. Ut autem hec omnia et singula prelibata a nobis integram et inviolabilem roboris obtineant firmitatem, honorabiles viri, videlicet Ghevehardus de Bortvelde, Iohannes de Urede, Olricus de Weverlinge, Hannes de Holleghe, famuli, fide data pro nobis et nostris heredibus promiserunt. In huius eciam maius argumentum et firmius testimonium predicte ecclesie Goslariensi presentem litteram *sigillo nostro* et predictorum famulorum contulimus roboratam. Datum anno Domini M°.CCC°.XLI°., in vigilia Petri et Pauli sanctorum apostolorum.

An Pergamentstreifen in dunkelgelbem Wachse: 1) **Siegel Gunzelins** wie Abbildung 27 wohl erhalten; 2) zerbröckelt das Vorfeldsche; 3) Johanns v. Übrde; 4) Ulrichs v. Weferling; 5) Johanns v. Honlage.

1033. Notariatsinstrument, worin bekundet wird, daß Abtissin Lutgard von Herford, Paderborner Diöcese, bei Gelegenheit, als der neu erwählte Bischof Baldwin (von Steinfurt) von Paderborn zum Bischof sich weihen lassen wollte (intendens, ut dicebat, se velle in episcopum facere consecrare), die Exemptionen, Privilegien und Freiheiten ihrer Kirche renovirte, sie aber nur aus Begünstigung dem Bischof erlaubte, diese Feier in ihrer Kirche vorzunehmen. **1341 August 18.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münster, Abtei Herford Nr. 239.

In nomine Domini amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo tricentesimo quadragesimo primo, XVIII. die mensis Augusti, hora completorii vel quasi, indictione VIII, pontificatus domini Benedicti, divina providentia pape XII. anno septimo, in presentia . . . Acta sunt hec in loco supradicto, presentibus reverendo in Christo patre et domino fratre Alberto ecclesie Ykonensis episcopo nec non honorabilibus viris dominis Bernardo de Ravensberghe thezaurario, Wilhelmo de Yttere camerario, Lyborio cantore, *Wernero de Asseborch*, canonicis dicte ecclesie Paderbornensis, Ludolfo officiali curie Mindensis, Henrico dicto Godman, scolastico ecclesie sancti Martini ibidem, magistro Andrea dicto Gyr, canonico Bilveldensi, Paderbornensis diocesis, Conrado plebano de Delebruege, Svedero de Busche, Iohanne de Beren, militibus, et quam pluribus aliis fide dignis, testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis, sub anno Domini, mense, die, hora, indictione, pontificatu et loco predictis.

Ob der hier erwähnte Albert Bischof von Ikonium i. p. i. Balduins Weihe vornahm, ist weiter nicht bekannt. Schaten, Ann. Pad. ad ann. 1341 sagt: . . quanquam, a quibus episcopis et quo loco illa celebritas peracta sit, ex annalium memoria exciderit.

Digitized by Google

1034. Lüdiger (von Garssenbüttel) der Droste und Burchard von Weferlinge, Ritter, bekunden, daß Otto und Wilhelm, Herzöge von Braunschweig und Lüneburg, ihnen für 200 Mark Haus Wenden, ersterem aber allein Haus Wendhausen verpfändet haben, auch sollten beide Offenhäuser der Herzöge bleiben, jedoch für Kriegsfall zu etwaigem Schadenersatz die Dörfer Denkte und Halchter ihnen als Friedegut gegeben werden. **1341 August 24.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Hannover.

. . We Basilius Bok, Gheverd van Weverlinghe, Bertold van Honloghe, Wilhelm van Zampleve, riddere; Bertram van Velthem, *Guncelin van der Asseborch*, Hannes van Weverlinghe, Hannes van Honloghe, Ludingher unde Guncelin, her Ludingheres sone des Drozsten, unde Widekind van Garsnebuttle, knapen, lovet mit her Ludinghere deme Drozsten unde mit her Borcharde van Weverlinghe vorbenomden riddern, unde vor se unde vor ere erven mit samender hand in truwen in desseme breve den ersammen vorsten hertoghen Otten unde hertoghen Wilhelme van Brunswik unde van Luneborgh broderen unde eren erven unde eren nacomelinghen alle stucke unde alle dhing, de hir vorescreven sunt, stede unde vast to holdende unde to donde. Dat do we witlik alle den, de dessen bref lesen horet eder siet. Hir up hebbe we alle sakewolden unde borghen use ingheseghele hengt in dissen bref, desser bescrevenen dhing en orkunde. Desse bref is gegheven na Goddis bort dusent iar, drehundert iar, in deme en unde vertighesten iare, in sunte Bartholomeus daghe.

An Pergamentstr. wohlerhalten: 1) dreieckiges Siegel Lüdigers v. G. Adler in weißem Wachs; 2) rundes verletztes Burchards v. W.; 3) quadratisches verletztes des Basil v. B. in rothem Wachs; 4) kleines rundes Gebhards v. W.; 5) dreieckiges Bertolds v. H.; 6) kleines dreieckiges Wilhelms v. S. Stamm mit zwei Blättern, gut erhalten in weißem Wachs; 7) abgefallen; 8) unkenntliche Reste anscheinend dreieckigen Siegels, das **Gunzelins** vielleicht wie Abbildung 22; 9) rundes des Hans v. W.; 10) kleines dreieckiges des Hans v. H. über Kreuz gelegte Gleven; 11) kleines dreieckiges Lüdigers v. G., halber Adler; 12) größeres dreieckiges Gunzelins, gleichfalls halber Adler; 13) abgefallen. Gedr.: Sudendorf, UB. z. Gesch. d. Herz. v. Braunschw. u. Lüneb. I, 355. Nr. 704. (v. Orig.).

1035. **Knappe Bertold von der Aſſeburg** beurkundet auf Grund von Mittheilungen guter Freunde und des Raths der Stadt Brakel, daß der Siek von Altersher der Stadt-Gemeinde gehöre und er und die Seinigen kein Recht noch Anspruch an denselben hätten. **1341 zwiſchen September 29 und Oktober 5.**

Vom beschädigten Original im Stadtarchiv zu Brakel II, 58.

Ich Bertold von der Asseburg knape bekenne upenlike allen den, dy dysen bref sehet, leset odir horet, dat ec um den sik, da ec den rad unde dy gemeynde der stad von Brakle umme schuldegete, bin underrichtet unde underrichtet wurden von minen guden frunden unde ouch von dem rade unde der gemeynde vorgenompt, dat ec odir mine erven daran neyn re(cht) hebben unde der sik von aldere her vor allewege ere gem . . is gewesin unde schal ouch worwerd bilken unde von . . bekenne ich *Bertold* vorgesproken, dat ec mit gudeme wil(len unde) wulburde *Wernhers mines federen* unde alle miner erven dem ra(de unde) der gemeynde tu Brakle dur leve unde dur fruntschaf miner . . stede, dy ec hadde in dem silven ereme sike, hebbe gegeven unde geve in dyser scrift unde vortye der vor mec unde alle mine erven dige unde altomale. Des tu eyner sekerheyt unde to eyme orkunde hebbe ec unde *Wernher min federe unse ingesegel* gehangen an dysen bref. Datum anno Domini M°.CCC°.XLI°., infra octavam beati Michaelis archangeli.

Von beiden Pergamentstreifen Siegel abgefallen. Von späterer Hand in dorso: up den Heynensiek.

1036. Knappe Engelhard von Iſtrup, seine Gemahlin Eliſabeth, sein Bruder Hermann

Digitized by Google

und Hermann deſſen Sohn, ſowie Adelheid und Lutgard, deſſen Töchter, verkaufen die vom Stift Heerſe zu Lehn gehende Hälfte des Zehnten, nämlich die Hälfte des Hofs Jaddenhofen diesſeits des Dorfes Iſtrup, an Äbtiſſin Lyſa und Capitel von Heerſe. **1341 December 7.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münſter, Neuenheerſe Nr. 40.

. . Preterea ego Herboldus senior pro me et pro Henrico filio Bruninghi mei fratris bone memorie et ego Herboldus iunior etiam pro me et Gerlaco fratre meo, dicti de Istorp, famuli, in signum consensus et ratihabitionis pretacte venditioni adhibiti nostra sigilla apponi fecimus huic scripto. Nos vero Wernherus de Brakele miles, *Iohannes, Wernherus et Bertoldus de Asseborch, famuli*, in omnium hic contentorum testimonium ex rogatu dictarum partium *nostris sigillis* presentia sunt munita. Datum et actum in vigilia conceptionis gloriose virginis Marie, anno Domini M°.CCC°.XL°. primo.

Von den ſieben Pergamentſtreifen alle Siegel abgefallen.

1037. Auszug aus Gräflich Waldeckſchem Lehnregiſter. **1332—1348.**

. . Nota hec subscripta bona *dicti de von der Asseborg* et dictus Conradus (ohne Zweifel der unmittelbar vorher genannte Conradus schulthete de Helmeren) unanimiter tenent et habent a domino predicto (sc. comite in Waldeck) in pheodo: Primo VII mansos in Leifanere et IV mansos in Wygermisse et duos mansos in Massinhosen et II zcu Sylon et IV in Rekene et V in Haringen . . .

Gedr.: Waldecker UB. S. 39. Nr. 31. (wahrſcheinlich nach Handſchr. des Arolſer Archivs), von dem nur 52 Seiten erſchienen ſind.

1038. Knappe Gerhard von Holthuſen und Wolderad ſeine Gemahlin bekunden, daß ſie die Lehnware über die Hälfte des Zehnten zu Nidder-Uſlen, welche ſie **von den edlen Leuten Johann, Werner und Bertold von der Aſſeburg** hatten, an Alrad und Schweder, Brüder und Knappen, weiland Alrads von dem Buſſche Söhne, gegeben haben. **1342** (to lechtmisse) **Februar 2.**

Vom Original im Königl. Staatsarchiv zu Münſter, Kl. Marienfeld Nr. 648.

1039. Die von Brakel ſowie **die Knappen Johann, Werner und Bertold von der Aſſeburg** bekunden, daß die von Nahungen von ihnen zu Lehn gehenden Hof in Nörde dem Kloſter Wilbadeſſen verkauft und ſie ihn jenem Kloſter übergeben haben. **1342 Februar 14.**

Vom Original des Wilbadeſſer Archivs im Beſitz des Freiherrn von Wrede.

Nos Wernherus de Brakele miles, Bernhardus canonicus Paderbornensis ecclesie, Albertus, Wernherus et Hermannus fratres, ipsius Wernheri fratrueles, *Iohannes, Wernherus et Bertoldus de Asseborgh, famuli*, recognoscimus in hiis scriptis et omnibus, ad quos presentes littere pervenerint, volumus notum esse, quod Conradus de Nathesungen, Gůdesta eius legitima conthoralis, Iohannes et Hermannus fratres sui, in presentia nostra constituti, preposito, priorisse totique conventui sanctimonialium cenobii in Wilbodessen ad usus camere sue ibidem curiam suam dictam Thyhofh, in minori Norde sitam, que a nobis in pheodo procedit, cum omnibus suis pertinenciis, tam in campis, quam in silvis, pascuis et pratis et usufructibus universis cuiuscunque conditionis, bona deliberatione prehabita, omni consensu heredum suorum vendiderunt iure proprietatis perpetuis temporibus libere et quiete possidendam pro pecunia eis tradita integre et soluta. Et huius pecunie honorabilis vir dominus Hermannus, decanus Huxariensis ecclesie, mediam partem pro anime sue remedio persolvebat, ut in dicto conventu ipsius cenobii in Wilbodessen post mortem suam eius memoria, prout adhuc ordinare voluerit, perpetue peragatur. Cum enim dicta

Digitized by Google

curia cum suis pertinenciis dicto cenobio in Wilbodessen antiquitus libere et iure proprietatis legitime pertinuisset et ab eodem cenobio ius pheodi eiusdem curie sit ad nos translatum, nos igitur animarum nostrarum salutem intendentes, ad preces dictorum fratrum de Nathesungen decrevimus unacum heredibus nostris huic venditioni nostrum consensum adhibere intuitu divine remunerationis, reddentes et transferentes predictam curiam cum suis pertinenciis in pristinam proprietatem et libertatem cenobio memorato, sicut ab antiquo sibi competere videbatur. Nos et nostri heredes unacum dictis fratribus de Natesungen renunciantes, et ipsi fratres una nobiscum renunciarunt omni iuri, tam iuri pheodi, quam cuique iuri alteri, nobis ab utraque parte, tam in presenti, quam in futuro, in sepedicta curia et suis pertinenciis quomodolibet competenti, promittentes in solidum et manu coniuncta presentibus fide corporali in hac parte, quandocunque requisiti fuerimus, sepedicto cenobio debitam facere warandiam. Ut autem hec omnia et singula premissa presentibus expressa rata permaneant et inconvulsa et ne aliquis de nostris posterioribus hec infringere vel impetere valeat aut presumat, *sigilla nostra* cum sigillo Conradi de Natesungen, pro se et pro suis fratribus apposito, presentibus sunt appensa in testimonium quorumlibet omnium premissorum. Etnos Iohannes et Hermannus, fratres predicti Conradi, propriis sigillis carentes, sigillo ipsius Conradi fratris nostri sepedicti ad presens contentamur. Datum anno Domini M°.CCC°.XL°.II°., feria quinta in capite ieiunii, ipso die Valentini martiris.

An Pergamentstreifen in braunem Wachs verletzt: 1) dreieckiges Siegel Werners von B. von Querbalken belegte drei Pfähle; 2) spitzovales des Domherrn Bernhard v. B., kleiner Schild mit Pfählen, darüber Mannsbaupt; 3) rundes Alberts v. B., Schild mit Helm und Zier; 4) kleineres rundes Werners v. B., nur unterer Theil des Schildes; 5) dreieckiges Hermanns, Schild mit Pfählen; 6) **Johannis** wie Abbildung 25; 7) **Werners** wie Abbildung 16; 8) **Bertolds** wie Abbildung 29; 9) Conrads von Natzungen, dreieckiger Schild mit Helm und Zier, an den drei Seiten je drei Rosen.

